

...mes  
...bi  
...ri  
...as  
...ent,  
...el.  
...pe  
...



*Lca. 86.*






2  
D. SAM. FRIDER. NATH. MORI

THEOL. PROF. IN ACAD. LIPS.

PRAELECTIONES  
EXEGETICAE

IN

TRES JOANNIS EPISTOLAS  
CUM NOVA EARUNDEM PERIPHRASI  
LATINA.



LIPSIAE,  
SUMTIBUS FRIDERICI AUGUSTI LEUPOLD.  
MDCCLXXXVI.



THESE  
LECTURES

BY

THE HONORABLE  
MEMBER OF PARLIAMENT

AND  
OF THE HOUSE OF COMMONS



PATRI OPTIMO,  
CAROLO ADOLPHO  
HEMPEL,

PAST. LAUCHSTAD. ET SCHOTTER,  
ET ECCLESJARUM PRAEFECTURAE LAUCHST.  
SENIORI,





---

PRAEFATIO EDITORIS.

---

**N**umquam equidem probavi, tot academicae b.  
Mori praelectiones tam alacri discipulorum Ipsius  
studio in lucem editas esse, quum tali consilio  
nec elaboratae illae essent, nec destinatae. Verum  
quum id in plerisque aliis factum per annos ali-  
quot viderem, miratus saepe sum, quod exegeti-  
cis Viri Immortalis praelectionibus in Joannis  
evangelium atque epistolas talis honor adhuc fue-

rit denegatus, cum ob insigne istorum librorum pretium et difficultates in iis obvias nec exiguas, nec paucas; tum quod Ille in deliciis semper habuit haec scripta, ut vel hanc ob causam suspicari liceat, praecipuam Eum in iis illustrandis adhibuisse operam. Cepi ergo consilium, istas b. Mori exegeticas in evangelium atque epistolas Joannis praelectiones, quibus ipse ego per annos 1787, et 88. interfui, conjunctim edendi. Praeter omnem tamen spem atque expectationem cognovi, Dindersium V. C. hunc eundem laborem, ex parte certe, jam suscepisse. Edidit enim ille recitationes b. Mori in evangelium Joannis. Abjeci ergo prius illud consilium et commentario in tres Joannis epistolas separatim edendo me accinxi. Invitus tamen abjeci. Recitationes enim, quas ille edidit, non videntur esse novissi-

mae, per annum 87 habitae, ut accurata plurium locorum comparatione perspexi. Deinde quum mihi persuasum habuiffem, eorum utilitati bene a me consultum fore, qui cunctas Mori in libros Joanneos praelectiones modico quodam volumine comprehensas mallent: vereor jam, ne hi vel solas in evangelium animadversiones majori difficultate sibi comparare possint, aucta libri mole per novum commentarium, addendum a Dindorfio, cui ad laboris sui commendationem illa Mori societate opus sane non fuisset. In hisce autem epistolis hanc ego secutus sum rationem, ut praemitterem periphrasim Latinam, totam fere ex ore b. Mori profectam; adjunxi deinde interpretationem ipsam cum Excursibus aliquot; addidi etiam locos Dissertatt. Theolog. et Philolog. atque Epitomes Theolog. Christianae, in quibus b.

VIII


Morus nonnullos harum epistolarum locos vel  
obiter tetigit, vel fusius interpretatus est. Cete-  
rum ex animo opto, ut hicce liber iis, qui feve-  
re tractandarum cupidi reperiuntur litterarum fa-  
crarum, fructus afferat quam plurimos. Scripti  
Lauchstad. d. XV. April. MDCCXCVI.

PRAELECTIONES

EXEGETICAE

IN

TRES JOANNIS EPISTOLAS.



---

PRAELECTIONES EXEGETICAE  
in  
PRIOREM JOANNIS EPISTOLAM.

---

PROOEMIUM.

**A**uctor hujus epistolae, omni antiquitatis consensu, Joannes est Apóstolus; unde etiam haec epistola inter libros N. T. *ἑμολογουμένως* numerata est et posita in Canone N. T., h. e. in catalogo librorum ab Evangelistis et Apóstolis scriptorum destinatorumque institutioni Christianorum de religione. *cf. Millius in edit. N. T. ab initio hujus epistolae*, unde ea *Wersstenius* suae inseruit editioni repetiitque. Talia quoque sunt in libris, qui habent inscriptionem introductionis in N. T.; qualis exstat *Prutii ex editione Hoffmanni*, aut *Michaelis*. Idem tractavit *Schmid, Vicebergensis quondam Professor, in historia Canonis N. T.* §. 208. Praeter haec, quae sunt longe certissima, alia omnia ignorantur, quae solent plerumque in introductione expectari; cujus generis sunt: quibus, quo tempore et loco, aut contra quos haec epistola scripta sit? Ista ergo omnia penitus nos latent. Quamquam enim haud raro ista epistola dicatur ad Parthos scripta esse, nititur tamen id testimonio Latinorum tantum scriptorum, non Graecorum; et

A

mirum profecto est, Graecae ecclesiae scriptores hujus rei notitiam non habuisse, aut ejus non fecisse mentionem. Minuit quoque hujus traditionis fidem, quod non ante quartum saeculum dicta est haec epistola ad Parthos scripta esse. Manet igitur hoc incertum. Unde potius dici ea solet catholica aut universalis epistola; quod nomen hanc vim habet: universis Christianis, καθ' ὅλον τον κοσμον, scriptam eam esse, ut aliquam de religione institutionem, quae καθολικως ad omnes omnino pertineat. Praefertim quum haec epistola ne formam quidem habeat epistolae; etenim nomen non praemittitur, nullae sunt in fine salutationes, nec in media epistola res vitae communis occurrunt, quales interdum in aliis epistolis occurrere solent, veluti de itineribus; imo vero continua serie libellus dogmaticus est, errores quosdam refutans atque institutionem de religione continens, omnibus omnino Christianis dicatam. cf. *Michaelis Introd. in N. T.* §. 193. Pariter ignoramus, ubi ea epistola scripta sit. Tradunt prope modum omnes, Ephesi scriptam eam esse. Narrat enim vetus historia, Joannem ultimam vitae suae partem Ephesi transegisse; unde hoc concluderunt. Incertum tamen est, nec lucri quid affert. Jam ergo, etsi auctor nomen suum non praescripsit, est etiam styli hujus epistolae et evangelii Joannei tanta similitudo, ut vel hinc satis tuto colligi possit, Joannem hujus epistolae auctorem esse.

---



## C A P. I.

Per versus quatuor priores monet Joannes, tradi ab se res certissime sibi cognitias.

V. V. I. 2. 3. „*Quod de persona, historia et doctrina Jesu Christi factum est inde ab eo tempore, quo Christus coepit tradere doctrinam suam in Palaestina post baptismum; quod audivimus, quod vidimus, quod contemplari sumus et quasi manibusprehendimus respectu doctrinae salutaris. (Etenim in conspectum nostrum venit auctor et dator salutis eumque vidimus, jamque de eo testimonium perhibemus et de hoc salutis auctore vos edocemus, qui antea quidem non inter homines versatus est, apud Deum fuit et, e coelo a Deo missus, ad nos venit.) Quod ergo vidimus et audivimus, id jam vobis tradimus, ut et vos participes fariis ejusdem doctrinae, cujus nos sumus participes. Participes autem sumus cognitionis, beneficiorum et cultus patris ejusque filii, Jesu Christi.*“

§ v. r. referamus ad personam, ad historiam et ad doctrinam Jesu Christi. Quare, quum de rebus diversi generis loquatur auctor, utitur genere neutro §. Causa, quare illud § ad tria ista respiciat, haec est: quoniam v. 3. dicit: „*idem vobis tradimus, quod vidimus et audivimus.*“ Quid vero tradit? Tradit de persona, de historia et de doctrina Christi. Ergo quum tradat idem, quod vidit et audivit, et tradat de persona, historia et doctrina Christi, sequitur, illud § spectare huc: „*illam personam, illam historiam, illam doctrinam de Jesu Christo, quam nos certissime cognovimus, jam nunc vobis exponimus repetimusque*“ *ἢ ἂν* *ἄρξῃ* definiendum hic est, cujus rei sit initium et quis sit terminus a quo? Scilicet *initium evangelii per*

Christum traditi ab eo tempore, quo Christus coepit prodire  
 in publicum post baptismum suum et docere in Palaestina.  
 Dicit ergo Joannes: „trado ego vobis, quod fuit ab ini-  
 zio, quid docuerit, quid egerit et qualis fuerit Jesus ab  
 initio muneris sui, quum suam traderet in Palaestina reli-  
 gionem.“ Causae istius determinationis cum in re  
 quaerendae sunt, tum in loquendi usu. Prioris ge-  
 neris causa haec est, quod v. 3. scribit: „ego vobis  
 trado id, quod vidi et audivi.“ Jam autem tradit id,  
 quod Christus inde ab initio muneris sui docuit, egit  
 et qualis fuit; sic ergo tradit id, quod fuit ab initio.  
 Aliud argumentum, e re petitum, historicum est: quo-  
 niam hi Apostoli fuerunt quotidiani Christi comites  
 inde ab initio. Cetera argumenta ex usu loquendi  
 deprompta sunt; nimirum solet illud tempus κατ' ἐξο-  
 χην appellari ἀρχη. cf. Joann. XV. 27. Ebr. II. 3.  
 Non ergo interpretemur haec verba sic „qui fuit ab  
 initio.“ Sermo enim non est de sola Christi persona,  
 sed est neutrum ὁ. Deinde et aliae causae nos admo-  
 nent, non agere hunc locum de aeterna Christi ex-  
 istentia, quarum unam paullo post commemorabi-  
 mus. ἰδεῖσθαι μεθα „quod contemplari sumus, was wir  
 betrachtet haben.“ Ita verti potest ac debet, ne ἐργον  
 et θεῶναι tautologica fiant; tamen in his singulis non  
 est anxie haerendum, sed agnoscendum id, quod  
 volunt, qui ita loquuntur, nimirum hoc: id mihi  
 tam certum est, ut quod sensibus externis percep-  
 περι του λογον της ζωης. ζων ex hebr. חיה est felicitas,  
 salus; ut adeo רבר חיי fit nostro loquendi mo-  
 re doctrina salutaris. Dum autem scribit περι του λογον  
 „de doctrina, ratione, respectu doctrinae“ videtur id  
 nos admonere, ante dicta quoque referenda esse ad  
 doctrinam Christi. Versus 2 causam reddit, cur Jo-

annes certissime cognita habeat, quae tradit. και „*et enim.*“ ἡ ζων subjectum est harum propositionum; id vero nunc non potest indicare ideam abstractam: *salus, felicitas*; praedicata enim hoc non patiuntur. In illis ergo praedicatis est et hoc: ἡ ζων ἦν πρὸς τὸν πατέρα, quod fluxit ex evangelii Joannei initio, ubi dicitur ille λόγος apud patrem fuisse, fuisse ζων et in conspectum nostrum venisse. Ponendum igitur potius est concretum: *salutis auctor et dator*, quod per se non est inusitatum hebraicae inprimis linguae; tamquam *Deus, mea lux, mea salus*; *Christus, mea spes, auctor et largitor meae spei*; similiter et *Christus, mea vita*. Coloss. III. 4. ἐφανερώθη „*in conspectum nostrum venit.*“ και μαρτυροῦμεν „*ergo testimoniam de eo perhibemus, de ejus doctrina, historia et persona.*“ και ἀπαγγελλομεν ὑμῖν τὴν ζων τὴν αἰώνιον „*edacemus vos de datore isto aeternae felicitatis.*“ cf. V. 20. ἦ τις ἦν πρὸς τὸν πατέρα „*qui fuit apud patrem, a patre suo, apud quem erat, missus est ad homines.*“ Liceat addere, quod, si v. 1. verba ὁ ἦν ἀπ’ ἀρχῆς de aeterna Christi existentia intelligenda essent, foret nunc v. 2. idem illud, quod in 1.; v. 2. meta foret primi repetitio. v. 3. redit auctor rursus ad v. 1. ὁ ἑώρακαμεν „*quod, inquam, vidimus.*“ ἵνα και ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε μεθ’ ἡμῶν „*ut et vos nobiscum communionem habeatis*“ h. e. *ut et vos participes tecum hujus doctrinae fiat*; aliud enim subjectum communionis non est. και ἡ κοινωνία — χριστοῦ „*jam vero nos participes patris et filii ejus sumus.*“ μετὰ τοῦ πατρὸς και μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Pater et Filius conjunctim commemorantur, quatenus pater per filium exhibet gratiam salutemque; eo enim respicitur nominatim in hac epistola, cum pater et filius conjunctim nominantur. κοινωνίαν ἔχειν μετὰ τοῦ πατρὸς και τοῦ υἱοῦ „*habere commu-*

nionem cum patre et filio, conjunctum esse cum patre et filio<sup>60</sup> continet has res 1) nosse patrem et filium, aut nosse, quae beneficia, quam gratiam salutemque exhibeat pater per filium et quo consilio. 2) accipere beneficia illa a patre per filium. 3) Colere patrem et filium, quia per hos contingit illa salus et gratia. Proinde communio illa triplex est: *conjunctio sciendi, conjunctio fruendi, conjunctio colendi*. In quo haec ita sunt is communionem habet cum patre et filio. Ea omnia singulatim reperientur in omni hac epistola.

v. 4. *Et vobis haec scribimus ea consilio, ut maximo poriamini gaudia.*<sup>61</sup>

καὶ ταῦτα γραφομεν ὑμῖν „ergo scribimus vobis haec“ addendum est: ut et ipsi sciatis, fruamini et colatis, ἵνα ἡ χάρις ὑμῶν ἢ πληρωμένη „et ita gaudium vestrum explerum sit.“ Cum χάρις dicitur πληρωμένη, intelligendus est summus gaudii gradus, laetitia summa, cf. Joannis III. 29.

v. 5. „Haec autem est summa doctrinae, quam ab eo accepimus et qua nunc vos imbuere propositum est: Deus est sanctissimus nec ullum in eo reperitur vitium.“

Jam sequitur summa institutionis illius, quae ita se habet: nihil prodesse homini Christi mortem et beneficia, nisi operam navet sanctitati et peccata fugiat factio, improber animo ἐπαγγελία mutemus hanc vocem in ἀγγελία. Discrimen significationis est, quod ἐπαγγελία est promissio, ἀγγελία institutio, quae est hebraizans istius verbi vis. Nam רַבִּי dicitur de docente, opera Dei annunciante. ἀγγελία legitur in Codicibus plerisque; Versio Vulgata habet annunciatio, item et Syriaca. Ob has causas, Codicum et Versionum consensum, receperunt id in textum Bengel, Griesbach et Matthaei, nec non probarunt Millius, Wetsteo

nus et Grotius. Porro sermo h. l. non est de promissione, sed de institutione, sive de eo, quo tenet omnis doctrinae summa. Idem verbum ἀγγελιας legitur III. 11. ἀπ' αὐτου id ad Christum referri debet, quem conspexerant Apostoli et auribus suis audiverant. Θεος Φως ἐστὶ. Haec verba per se possunt significare vel: *Deus est scientissimus*, vel: *est beatissimus*, vel: *est sanctissimus*, vel: *est dator felicitatis*. H. l. significare et verti debent: „*Deus est sanctus*.“ Scelus enim et vitium alibi quoque dicuntur σκοτια, ergo Φως et ἔργα του Φωτος sunt recte facta. Causa vero, cur debeant ista verba h. l. ita verti, in eo est, quod totus locus agit de hominum cum Deo similitudine ea parte, ut et homines fiant Φως, quemadmodum ὁ Θεος Φως ἐστὶ, explicatur autem sic, ut fugiant vitia et scelera. ef. II. 1. σκοτια ἐν αὐτῳ οὐκ ἐστιν οὐδεμία „*est Deus expers vitii scelerisque*.“

V. 6. „*Si dixerimus, nos nosse Deum, colere Deum ejusque beneficiis frui, ac tamen voluamus vitii sceleribusque, mendacia illa sunt et mera hypocrisis*.“

ὅτι ποιούμεν την ἀληθειαν, ποιειν την ἀληθειαν est phrasim mere hebraica תָּמַן תָּשָׁע exercere verum, integritatem, sinceritatem. Sumus ergo hypocritae.

V. 7. „*Sin autem sanctificari et probitati studemus, quemadmodum ille sanctus est, una participes per Christum sumus cognitionis, beneficiorum ac cultus divini atque mors Jesu Christi, filii ejus, cruenta prodest nobis ad peccatorum veniam*.“

ἀίμα χριστου est mors Christi cruenta et violenta. Haec igitur καθαρίζει ἡμους ἀπο πασης ἀμαρτιας, expurgat nos ab omni peccato, prodest nobis ad peccatorum veniam. Purgare aliquem a peccato significat quoque

licet non semper et ubique, liberare aliquem a peccati miseria et poena. Causa est in hebr. lingua, cf. Psalm. LI. 2. „lava me ab iniquitate mea et munda me a peccato meo“ velim. te mihi condonare. Deinde verbum hebr. נָשַׁן in Piel נָשַׁן significat purgare a peccato, et qui ex Levitica lege adspergebantur aqua vel sanguine, per illam adsperfusionem purgabantur, ut ne amplius haberent culpam. Eodem modo in epistola ad Ebraeos aliquoties id de Christo dicitur v. g. I. 3. Potest ergo haec substitui periphrasis: mors, quam Christus pertulit, prodest ad peccati veniam. Formulam hanc debere hic ita accipi, patet e v. 9, ubi de peccatorum remissione sermo est.

v. 8. „Quodsi jactemus, nos esse culpa vacuos, fallimus nos, nec satis intelligimus veram doctrinam aut probamus.“

Addit nunc, esse quoque ab homine eo, qui sibi velit condonari, peccata animo improbanda, ut rem illicitam, sibi noxiam et fugiendam. Ceterum v. 8. et 10. invicem sunt comparandi, ut alter ex altero explicetur. ἀμαρτιαν ὄντι ἔχειν idem est, quod v. 10. ὄντι ἡμαρτησεναι. Qui ergo peccatum habet, is peccavit; qui peccavit, is habet peccatum, habet culpam, quam sibi peccando contraxit, peccavit et reus est, quia peccavit. Id probari inde potest, quoniam adjicitur plerumque in ejusmodi locis, talem hominem in culpa versari. cf. Jann. XV. 22. Accedit in nostro loco oppositio haec v. 9. „si confiteamur delicta nostra“ h. e. si confiteamur, peccasse nos peccandoque culpam nobis contraxisse velimusque nobis condonari. cf. Mori Dissertat. Theol. et Philolog. Vol. III. pag. 64. 65. ἑαυτοὺς πλανώμεν „erramus,“ ἢ ἀληθεῖα ὄντι ἔσιν ἐν

ἡμῖν comparemus v. 10., ubi legitur in fine ὁ λογος του θεου οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. ἀληθεια igitur idem est, quod ὁ λογος του θεου, doctrina divina. Non est in me ὁ λογος του θεου, ἀληθεια, qua sensum, erit: non intelligo doctrinam illam; etenim cum non confiteor, me esse reum, quamquam peccavi; doctrina autem declarat, reum esse, quicumque peccet: contraria pronuntio istī doctrinae.

v. 9. „Quodsi fateamur delicta nostra; tunc Deus est fidelis ac indulgens, ut peccata nobis remittat nosque puros omni delicto declaret.“

πιστος ἔστι, „semper servat id, quod nobis promisit.“ Atqui promisit his veniam, qui confiteantur peccata, nec negent, se reos esse. δικαιος h. l. non est iustus; etenim δικαίος esse dicitur hac re, quod veniam dat; id vero non est iustitiae, sed benignitatis, indulgentiae, clementiae. Quare Deus δικαιος h. l. est Deus clemens et indulgens. Id autem fit per hebr. linguae imitationem, in qua יְהוָה justitia Dei haud dubie de clementia dicitur. Daniel IX. 16. justitia et misericordia Dei tamquam synonyma commemorantur. Psalm. CXLIII. 1. rogatur Deus condonare homini, misereri hominis, pro sua justitia h. e. pro sua indulgentia et clementia. καθαρῶσειν ἀπο πάντων ἀδυνας „veniam tribuere, remittere peccata.“ Quodsi vellemus haec verba, quae sunt mere hebraica, circumloqui paullo magis latine, possemus dicere: declarat hominem purum h. e. qui legem non violavit, aut cui non nocet, violasse legem.

v. 10. Quodsi jactemus, nos esse insontes, contradicimus Deo, nec intelligimus aut venemus ipsius doctrinam.“



ὅτι οὐχ ἡμαρτηκαμεν cf. Jerem. II. 35. ubi haec ipsa res occurrit: „tu dicis: non peccavi;“ sed in eodem versu id per synonymum ita exprimitur: „tu dicis: insons sum.“ ψευσην ποιουμεν αὐτου. Facit homo Deum mendacem, dum contradicit doctrinae ejus, quasi non sit vera. Res autem ipsa eodem redit, quò sensus formulae v. 8. ἡ ἀληθεια οὐκ ἔστω ἐν ἡμιν. Deus per doctrinam declarat, hos, qui peccant, reos esse; negat homo, se reum esse; contradicit ergo doctrinae divinae, mendacem facit Deum, auctorem illius doctrinae. De sensu formulae ὁ λογος του θεου οὐκ ἔστω ἐν ἡμιν cf. *Mori Dissertatt. Vol. II. pag. 274.*

## C A P. II.

v. I. „Hoc, o Carissimi, vobis scribo, ut a peccatis abstineatis.“ Si quis tamen homo probus, sed adhuc imperfectus, interdum per imbecillitatem peccet, is, ne desperet plane, sciat: nos habere vindicem, apud patrem nunc summa majestate fruentem et longe excelsissimum eumque infontem.“

ἵνα μη ἡμαρτητε. Etenim communioni locus non est, ubi peccatur; nec est spes veniae, ubi peccatur. παρακλητος „vindex, liberator, redemptor“ haec tria redeunt eodem, nimirum huc: qui nos metu *in malo liberat*. Notionis istius fundamentum est in Graeca lingua, in qua παρακλητος est advocatus, in auxilium a me vocatus, ut opem ferat et auxilium indigentibus liberatione. Aliud illius ideae fundamentum quaeri potest in eo, quod Judaei id ipsum verbum παρακλητου transfuderunt in linguam suam Syro-Chaldaicam פִּרְקָלִיתָא, quod et ipsum vindicem, liberatorem ac redemptorem indicat. cf. *Mori dissertatt. pag. 306.*



sq. Vol. I. Haec de notione hujus verbi in h. l. Aliter de Spiritu sancto, Apostolorum παρακλητω, dicitur. Hinc constituatur subiectum: *homo probus et emendatus, interdum tamen delinquens. cf. Mori dissertat. Volum. II. pag. 99.* Hic ergo talis homo ne metuat; habet enim παρακλητον, qui ipsum liberet malo et metu, quamquam imperfectus est et manet. Liceat comparare hoc verbum cum talibus *Retter, Befreyer, Beystand, Helfer.* Dogmatica notio huc redit: *wir wissen, daß uns doch Jemand thätig unterstützt,* liberat me, non patitur, me esse miserum. Atque etiam si cum Luthero vertatur *Fürsprecher* (licet id non recte fieret) id tamen quoque latissime patet. δικαιον non „justum“ sensu strictissimo, *suam cuius mercedem tribuentem;* sermo enim est de cura, de amore, de auxilio. Sed arbitror, δικαιον hic esse *insonem.* Sic I Petr. III. 18. legitur: mortuus est Christus, δικαιος υπερωιδων, h. e. *insons pro fontibus.* Nos omnes fontes sumus; ille unus, qui opem nobis fert, insons est; ipse non peccat, ipse sibi non nocet peccando, non habet ipse, quod metuat. *cf. Mori dissertat. Vol. II. pag. 93. 94. not. 27.* Illud autem προς τον πατερα refero huc: „*qui apud patrem summa nunc majestate fruitur;*“ ut alibi: *qui Deo dexter sedet. So erhaben, so groß, so mächtig ist der, der uns hilft. cf. Rom. VIII. 34.*

v. 2. „*Qui nostra, mea et vestra, immo non nostrantum, sed universi generis humani peccata expiavit.*“

Hoc ita nos sperare posse, concludit inde, quia Jesus jam his in terris fuit expiator peccatorum nostrorum, olim nos liberare coepit, atque nunc quoque pergit, nobis esse vindex, nunc quoque actu

opem nobis fert, a metu et malo nos liberat. *ὅτι περὶ τῶν ἡμετέρων* „non propter mea tantum peccata et vestra, quibus scribo.“

V. 3. „Cujus beneficia et doctrinam nos nosse et recte tenere, ex eo agnoscimus, si ejus praecepta observaverimus.“

*ὅτι ἐγνωκαμεν αὐτον* id ad Jesum Christum referendum est, de quo verba proxime antecedentia egerant. Hunc igitur nosse erit, *nosse eum carenus, quatenus fuerat antea descriptus.* Atqui descriptus antea fuerat ut causa remissionis, ut paracletus, ut expiator hominum. Haec igitur de eo nosse est *γινωσκων αὐτον*, alio verbo: *nosse ejus beneficia*; ergo et hoc: *nosse eum, quatenus docet.* *γινωσκων χριστον* erit igitur h. l. *ejus beneficia et doctrinam nosse. ἐὰν τὰς ἐντολάς αὐτοῦ τηρῶμεν.* Beneficia ista omnia ideo nobis sunt exhibita, ut sancte viuamus; quemadmodum doctrina ejus eodem concessa nobis est consilio. Quicumque igitur satisfacit consilio benefactoris et doctoris, is novit eum, *der hat den rechten Begriff von seinen Wohlthaten und von seiner Lehre.*

V. 4. *Qui se nosse eum dicit, nec tamen ejus praecepta observat, mendax est et consilium beneficiorum doctrinaeque christianae ignorat.*“

V. 5. *Qui ejus praeceptis obsequium praestat, is verè et perfecte Deum amat. Atque ex eo cognoscimus, nos vera Christianos esse.*“

*ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τετελειωται. ἀγάπη τελειος est talis, qualis esse debet. verus, genuinus amor.* Etenim ita dicitur homo ipse *τελειος, talis, qualis esse debet, probus et bonus.* Matth. V. 48. Sic *ἔργον* dicitur *τελειον* h. e.

tale, quale esse debet, recte facerem. Iacob. I. 4. Quae verbi hujus vis ex hebr. אִמְנִי petita est, nam et ibi homo, animus, vita, pectus est אִמְנִי, dum est tale, quale esse debet. *ἔνωσις ἐν τινι* „esse in aliquo“ nostro loquendi more est „cum aliquo conjunctum esse“ vel, ut I. 6. legimus, *καὶ τὸν ἔχειν μετὰ τῶν* „communione habere cum aliquo.“ Formula ista sexcenties occurrit in auctoris nostri evangelio, semper tamen significat „conjunctum esse cum aliquo.“ Tantum de versione; nunc de ipsa re. Nimirum conjuncti cum Deo dicuntur, qui ipsum colunt et beneficia ab eo accipiunt. cf. *Mori dissertat. Vol. I. pag. 268. sqq.* Periphrasis igitur hujus formulae haec erit: *verum ac genuinum christianum esse.* Iam attendamus, quomodo phrasae istae permutantur. Semel *ἐγὼ εἶμι ἐν θεῷ*, est in Deo. Ergo *nosse Deum* et *esse in Deo* redit eodem; „*nosse Deum*“ est species, „*esse in Deo*“ genus, quod plura comprehendit. Ceterum non Ioannes tantum ita loquitur, verum et passim Paulus, cum v. c. dicit „*novi ἀνδρῶν ἐν χριστῷ*“ i. e. *novi hominem cum Christo conjunctum, novi verum christianum.* 2 Corinth. XII. 2. loquitur autem ibi Paulus de se. Porro sexcenties occurrit illud, „*si quis est in Christo*, nova ille est creatura; *wenn jemand wirklich ein Christ ist*: similiter *περιπατεῖ ἐν χριστῷ*, ita sentire et agere, ut sit cum Christo conjunctus, prouti verum decet christianum.

v. 6. „*Qui genuinum ejus asseclans se proficitur, ita se governare debet, ut ipse se gessit.*“

*μένει ἐν χριστῷ* „cum Christo conjunctum manere, manere verum christianum“. *ναὶ τὸς ἑαυτοῦ περιπατεῖς* id quid sit, apparet e Joann. XV. 10. nimirum patri suo obediuit.

v. 7. „*Dum haec scribo, Carissimi, non scribo nova praecepta, sed jam dudum vobis nota, quas accepistis ab*

in initio, quum fieretis christiani. Hoc praeceptum est pars uniusae doctrinae, quam audivistis.“

ὅτι ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν scilicet de necessitate, peccata fugiendi et virtutem sanctitatemque colendi. Manifeste igitur ad v. i. huj. Cap. respicitur ταῦτα γράφω ὑμῖν. Dum ergo, inquit, haec vobis scribo, non scribo nova praecepta, sed prisca illa et antiqua, ἀπὸ ἀρχῆς ab initio vestri christianismi, in elementis religionis christianae didicistis, fugienda esse scelera et sanctitati studendum. εἶτιν ὁ λόγος „est pars illius doctrinae.“

v. 8. „Jam vero repeto vobis praeceptum, quod inter nos dicitur κατ' ἐξοχὴν novum, quomodo auctor religionis nostrae illud appellavit; (quod quidem est verum respectu illius et respectu nostri) atque ideo repeto, quod inscitia et vitiositas evanuit atque scientia religionis christianae et probitas animi et vitae in ejus locum successit.“

καὶ πάλιν γράφω „rursus scribo, repeto vobis.“ ἐντολὴν καινὴν. Quaeritur, quale id sit? et quo respectu aut sensu dicatur novum? De priori cf. vv. 9. 10. 11. unde apparet, intelligendum esse praeceptum de amandis aliis. Quod vero ad alterum attinet, cur et quo sensu illud praeceptum dicatur novum? cf. Joann. praeceptum novum, etiam inter christianos hoc XIII. 34. Nimirum quia Christus illo loco dixerat praeceptum κατ' ἐξοχὴν novum dicitur. „Repero ergo vobis praeceptum, quod inter nos κατ' ἐξοχὴν novum dici solet, quia auctor religionis nostrae sic appellavit. Jam videamus de ipsa re! Jesus igitur praeceptum illud appellabat novum, quoniam vult illud observari partim quia nos amavit ipse, partim eo modo, iquo ille nos amavit. Prius illud, quia nos amavit ipse, ad exemplum ejus pertinet; quod vero ad posterius attinet, ipse hoc modo nos amavit, ut vitam pro nobis deponeret, se nobis

postponevet, sua commoda negligeret, sibi male esse vellet, ut nobis bene esset. Sic ergo alios amare debemus, ut nostra commoda aliorum commodis postponamus, male interdum nobis esse velimus, ut aliis bene sit. Das ist das Neue, das durch die christliche Religion hinzukömmt. (ὁ ἔστιν ἀλλήθης ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ἡμῖν), haec verba parentheseos signis includi debent. ὁ ἔστιν ἀλλήθης „quod quidem verum est“ scilicet hanc esse καὶ ἐντολὴν ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ἡμῖν „in illo et in nobis“ h. e. respectu illius et nostri; sic ist auch wirklich neu, wir mögen nun auf ihn, oder auf uns sehen. Respectu illius; ipse enim novo modo nos amavit, pro universo genere humano ipse vitam suam profundere voluit, ut toti humano generi prodesset. Respectu nostri; nunc alios amamus, quia ille nos amavit et eo modo, quo nos ille amavit. ὅτι „quia“ causam addit, cur id repetat. ἡ σκοτία significabit h. l. ex parte ignorantiam religionis christianae, ex parte viriositatem animi et vitae flagitiositatem. Unde etiam το φως continebit ex parte scientiam religionis, ex parte probitatem animi et vitae. Hos tropos autem sic esse h. l. intelligendos, apparet e fine hujus loci v. 11. ubi σκοτία oculos dicitur excoecasse. Hoc igitur praedicatum „oculos alicujus excoecare“ est praedicatum cum ignorantiae, tum perverfitatis animi et vitae. Ista enim res impediunt intelligentiam hominis et voluntatem. Quale ergo est praedicatum, tale esse quoque debet subjectum. Similis sententia extat Rom. XIII. 12. notissimis verbis his: „praeteriit jam nox et illuxit dies“ unde concluditur: ergo emendatius vivamus.

v. 9. „Qui religione christiana imbutus et probus haberi vult et tamen fratrem suum odio persequitur, adhuc in ignorantia et viriis versatur.“

ἐν τῷ Φωτὶ ἕνωσιν „se esse participem scientiae et emendationis christianae.“ ἐν τῇ σκοτίῳ ἔστι „in scius est et nondum emendatus.

V. 10. „Is tantum, qui fratrem amore amplectitur, vere Christianus est, cujus in animo et pectore non est occasio labendi peccandique.“

ἐν τῷ Φωτὶ μένει „constans est in accepta scientia et virtute.“ καὶ σκανδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι. σκανδαλον indicat occasiones labendi peccandique. Non est ergo in ejus animo et pectore occasio labendi et peccandi; non est in illo invidia, iracundia, implacabilis animus, durum et inhumanum pectus. Affectus nostri, cupiditates animi sunt offendicula intus.

V. 11. Odio vero incensus erga alterum, in scius et perversus est; ex omni parte errat et peccat, judicando, appetendo, agendo; omnia redeunt ad odium. Odium enim menti et animo ejus tenebras affandit.“

Hic versus continet imaginem hominis in caligine versantis, quae est haec: ex omni parte errat et peccat, judicando, appetendo, agendo; vergunt omnia in odium.

V. 12. Cogitate quaeso, Carissimi, quare haec vobis scribam, quia scilicet propter illum peccata vobis condonata sunt.“

ὑπαφω ὑμῶν referamus id ad superiora: ne peccetis, ne odia erga alios habeatis, ὅτι ἀφωστος ὑμῶν αἰ ἀμαρτίας. Venia autem peccati semper esse debet argumentum sanctitatis. δια το ὄνομα αὐτοῦ propter illum, Christum.

V. 13. „Cogitate quaeso, senes, quare haec vobis scribam; quoniam scilicet cognovistis Jesum, filium Dei.  
Cogi-

rate quaeso, juvenes, quare haec vobis scribam, nimirum quia vicistis ignorantiam, libidines, scelera, idololatriam, Teneae quaeso, pueri, quod scripserim, vos cognovisse patris gratiam et clementiam in remittendis peccatis.“

τον ἀπ' ἀρχῆς. Quaeritur, quis sit ille, qui dicitur h. l. ὁ ἀπ' ἀρχῆς. De patre non putem esse capiendum; diferte enim discernitur ὁ ἀπ' ἀρχῆς a Patre. Ergo haud dubie ad Filium referri debet et tum valet ista formula idem, quod verba notissima ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος in initio evangelii Joannei, nimirum qui fuit tum, quam nondum esset hic adspectabilis mundus.“ Pertinet igitur ad describendam ipsius majestatem et dignitatem, qua fruitur tamquam Messias. Est autem hoc argumentum, cur scribat, sancte vivendum esse. ὅτι νενικηκατε τον πονηρον masculino genere. Intelligendus ergo est *Satanas*. Jam vero *vincere* aut *vicisse Satanam* est *vicisse ignorantiam, vicisse libidines et scelera, vicisse idololatriam*. Hoc enim est *pugnare adversus Satanam*. Qui ergo meliores facti fuerant, scientes ex infcisiis, cultores unius veri Dei idololatri, hi vicerant *Satanam*. Jam et hoc argumentum bene cohaeret. γραφω ὑμιν, παιδια. Legendum est ἐγραψα. Sic enim legitur primum in Codicibus Graecis plerisque, deinde etiam in Versione Syrica. Ad has causas accedit quoque paritas membrorum. Ter antea γραφω ὑμιν, ter jam ἐγραψα ὑμιν, item in praedicatis terna sibi respondent omnia. Vulgata Versio in omnibus his commatibus habet „scribo“, non „scripsi.“ ὅτι ἐγνωκατε τον πατερα cf. v. 12. ubi addebatur causa haec: ὅτι ἀφρωται ὑμιν αἱ ἀμαρτιαι. Jam vero pater remittit peccata per Christum. Ergo cognovisse patrem h. l. erit, hanc cognovisse patris gratiam atque clementiam, quam propter filium hominibus condonar.

B

V. 14. „Tenete quaeſo, ſenes, quod ſcripſerim, vos cognoviſſe Jeſum, Dei filium. Tenete quaeſo, juvenes, quod ſcripſerim, vos per doctrinam divinam fortes ac robustos factos eſſe ad vincenda omnia, quae a vobis vincenda ſunt.

ὅτι ἰσχυροὶ ἔσε καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν μᾶλλον καὶ νανικηκατε τὸν ποιητὸν. Iſta omnia cogitando ſunt neſtenta Conſtantia in profrenda Chriſti doctrina fortes vos effectis et robustos, ita ut ſit iſta conſtantia adminiculum vincendi omnia, quae vincenda ſunt. cf. Mori diſſertat. Vol. 1. pag. 265. in not.

Ceterum in omni iſto loco γραφῶ erit „cogitare, quare ego hoc vobis ſcribam,; ἐγράψα tenete quaeſo, quod ſcripſerim“ eſtque repetitio, qua inculcatur id, quod ſcripſerat antea. Inculcatur autem ideo, ut poſſit nunc v. 15. exinde concludi: ergo nolite perverſitati operam dare. Dum autem homines ſingularum aetatum monet et adloquitur, id, quod monet, ſingulis iſtis aetatibus neutiquam proprium ita eſt, ut non ad alias quoque aetates pertineat; verum ut in oratione inculcantes et cohortantes dicere ſolemus per μεριſμον. Nonnulli illa: παιδικα, νεανιſτικοι, πατρεις non capiunt de aetate, ſed metaphoricè de profectibus majoribus minoribusve, ut adeo pueri ſint nondum late profreſſi &c. Et ſane negandum non eſt, poſſe haec ita ſumi, nec mutatur ipſa res; non apparet tamen cauſa evidens, cur recedere velimus a vulgari loquendi conſuetudine, praefertim quum verba haec nude ponantur. nec addatur quidquam ratione intellectus aut profectuum.

v. 15. „Nolite porro vitioſitatem et ſcelera et quaeſcunque cum vitioſitate connexa ſunt, aut ad eam ullo modo



pervinent, amare. *Qui scelera amat, amore erga patrem defizitutus est.*"

Concludit nunc scriptor, non esse ab his, qui haec bona nacti fuerint, sectandum porro scelus atque vitiositatem. *κοσμος* h. l. non significat *mundum corporeum et adspectabilem resque creatas omnes*. Nam v 16. *κοσμος* iste describitur ita, ut cupiditates perverfae sint exemplum mundi rerumque mundanarum Ergo *κοσμος* erit vocabulo abstracto *malum morale*; hujus enim exempla sunt variae illae cupiditates pravae. Dicitur autem morale malum *κοσμος*, quoad opponitur Deo, aut coelo; plane ut terra Deo et coelo opponi solet. Quum sit igitur haec oppositio, non res creatae, sed oppositum Deo malum morale, opposita perfectioni divinae moralis imperfectio intelligenda est. *τα ἐν τῷ κόσμῳ „graeaeunque cum malo morali connexa sunt, aut ullo aliquo modo pertinent ad illud.“* *ὅτι ἐστὶν ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ. ἀγάπη τοῦ θεοῦ* inest in eo et agnoscitur eo, quod quis Dei praecepta observat cf. v. 5. Haec autem Dei praecepta interdiciunt, appetere malum. Qui ergo malum appetit, is non observat praecepta Dei, non est in eo amor erga patrem.

v. 16 „*Scilicet quidquid ad malum morale pertinet, ut cupiditas prava, cupiditas per oculos irritata, aut vanitas, qualis inter homines reperiri solet, non est moraliter perfectum, Deo simile et coeleste, sed moraliter imperfectum et terrenum.*“

ὅτι „*scilicet*“. Verbis illis *παν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ* adduntur jam tres species, exempla tria. Intelligi ergo debent sic: *quidquid pertinet ad malum morale; hoc*

est &c. Explicatio nunc adspargitur. ἐπιθυμία της σαρκος i. q. nos dicimus „*cupiditas prava, böse Begierde.* ἐπιθυμία των ὀφθαλμων „*cupiditas per oculos sive per sensus externos irritata, sinnliche Begierde.* ἀλαζονεία τον βίου *jaſtantia, qualis in vita, inter homines vulgo reperiri ſolet, cum quis ſibi tribuit et adſcribit, quae tamen non ſunt ipſus; eitle Einbildung.* cf. Jacob. IV. 16. vid. *Mori diſſert. Vol. I. pag. 364.* οὐκ ἔστι ἐκ του πατρος, ἀλλ' ἐκ του κοσμου ἐστὶ. *Manifesta hic eſt oppoſitio κοσμου et Θεου. Quid igitur erit illud οὐκ ἔστι ἐκ Θεου? Eſtne; non habet divinam originem? quem ſenſum alibi habet haec formula. Adjuncta potius idea ſpectanda hic eſt, eaque haec: non eſt moraliter perfectum, Deo ſimile. Pariter cum ſibi opponuntur e coelo et e terra ortum. Ortum e coelo moralifchgut; ortum e terra moralifchböſe. ἐκ του κοσμου ἐστὶ „eſt et ipſum malum et imperfectum. Jede Gattung des Uebels, als böſe und ſinnliche Begierde, eitle Einbildung, entſpringt überhaupt aus dem moralifchen Uebel. cf. *Mori diſſert. Vol. I. pag. 75. v. 17.* „*Janvero cupiditas prava et perversa caduca eſt; virtus autem aeterna eſt et exercitio et praemio.*“*

καὶ „janvero“ παραρταται „transit“ ex hebr. עבר. Sed quod Hebraei transire dicunt, id caducum eſt et ceſſaturum aliquando. Senſus eſt: *venit tempus (et venit tum, cum quisque moritur) quo deſinet iſtud malum morale, quo non poteris amplius paſcere cupiditates perversas per objecta externa.* ὁ δε ποιων το θελημα του Θεου μενει εἰς τον αἰωνα. Pro concreto: ὁ ποιων το θελημα του Θεου, *der Tugendhafte*, ponamus abstractum; *virtus.* Haec ergo dicitur *μενειν εἰς τον αἰωνα*, dicitur *aeterna eſſe*, ſcilicet exercitio et praemio. Nimirum *qui his in terris res externas tantum appetit et ſenſus unice*

pascit, olim non amplius appetere eas, non porro sensus pascere poterit; qui vero virtuti animum adsuefacit, non desinet, exercere virtutem, non desinet, largissima deportare virtutis praemia.

v. 18. „Sic dictum ultimum tempus adest, carissimi; audivistis enim, falsos doctores esse venturos: evenit jam illud, quod audivistis, multi enim hoc tempore falsi doctores insurgunt, ex quo intelligimus, tempora illa posteriora, ab apostolis Christi saepissime praedicta, adesse.“

ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ „ultimum tempus adest“ addamus „sic dictum ultimum tempus, quod inter nos dici plerumque solet ultimum tempus.“ Nōitur hoc additamentum eo, quod Apostoli saepe sic sunt locuti „venient ἐσχάται ἡμέραι, die inter uns so oft erwähnte letzte Zeit.“ Jam autem quod ad verba illa: ἐσχάτη ὥρα attinet, ea interpretor: „futurum tempus“ idque propter hebr. linguae consuetudinem, secundum quam אחרית הימים, dies extremi, sunt tempora futura. cf. Deuteron: VIII 16. Genes. XLIX. 1. Deinde adverbium hebr. אחרי interdu a τοὺς ὁ vertitur ἐν ἐσχάταις ταῖς ἡμέραις, sive etiam ἐν ταῖς ἡμέραις ἐνεύμαις, in der Folgezeit, quod idem prorsus est. cf. Joel. III, 1. Erit ergo ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ die inter uns so oft erwähnte Zukunft ist nun da. καὶ καὶ τὸς ἡκουσάτω, „sic enim estis edocti.“ cf. Jud. XVII, 18; 2 Petr. III, 2. 3. 2 Timoth. III. 1. 6. 8. Quod autem in omnibus hisce locis spectanda sit idea: „futurum tempus“ id e loco parallelo, 1 Timoth. IV, 1. discitur. ὁ ἀντιχριστός nomen hoc, tamquam appellativum aliquod, simpliciter indicat adversarium Christi nec differt ab ἐχθρῷ χριστοῦ. cf. Mori epitome pag. 180 ed. 3. Quatenus autem aliquis sit Christi adversarius, id in quolibet loco e re proposita dijudicandum est. Per se

enim et simpliciter ἀντιχριστος est Christi adversarius et potest dici de his, qui scelesti sunt et flagitiosi, aut qui profitentes religionem vexant et sic progressum atque incrementa religionis impediunt, aut qui contraria religioni docent. Hoc nostro loco intelligendi erunt qui docendo contraria religioni christianae ipsius adversantur auctori, Christo. Sic enim toto h. l. describuntur; sic depinguntur quoque 2 Joann. Porro h. l. v. 26. nominantur οἱ πλανῶντες et v. 22. Ἰουδαί, qui errores proponunt, verum autem repudiant. Neutiquam ergo intelligi debet is, qui Christi locum occupare vult, ut cum quis Anticaesar, Antipapa dici solet, ita adversans Caesari aut Papae, ut velit ejus occupare locum. Unde diximus, simpliciter hoc verbum indicare Christi adversarium. Quum autem hoc verbum non occurrat, nisi in his Joannis epistolis, tanto accuratius vis ejus cum causis tenenda erit atque argumentis. καὶ νῦν ἀντιχριστοὶ πολλοὶ γενοσῶν. Ergo verba illa καθὼς ἤκουσατε — ἐρχεται capiendā ita erunt, ut ἀντιχριστος non sit unus aliquis certus homo, sed ut capiat hoc nomen singulare collectivae, indicans plures sibi invicem similes, qui collectivae dicantur der Gegner Christi; ut cum nos dicimus, der Christ, der Verehrer Gottes, der Spötter der Religion. Unde multi dicunt, τὸν ἀντιχριστὸν esse personam moralem, non physicam: non unum certum aliquem hominem sed moralem, plures, sibi invicem similes, unō nomine comprehensos. Quid igitur audiverant? E locis supra laudatis apparet, audivisse eos, multos venturos esse doctores falsos. Cum igitur Joannes dicit, venturum esse ἀντιχριστὸν, intelligi debet id, quod audiverant. Deinde monet Joannes: „jam evenit id, quod audivistis.“ Hoc ita exprimit: νῦν πολλοί

ἀντιχριστοὶ γεννησάν. Quod ergo evenit, id fuit praedictione. Atqui multi veniunt falsi doctores; ergo evenit sic id, quod praedictum erat. Ad haec, quae sunt in ipsa re, accedit locus 2 Joann. 7. Esse autem ἀντιχριστον capiendum eatenus, quatenus falsa tradat et doceat, id patet e 1 Joann. IV. 3. qui locus adjuvat simul id, quod dictum est de colectivo nomine τοῦ ἀντιχριστοῦ cf. Bengelii nota in Gnomone ad h. l. Quod vero multi in ἀντιχριστῷ unam tantum certam personam intellexerunt, exclusis ceteris omnibus, id non factum est propter nostrum hunc locum, sed ob Apocalypf. XX. 8. quamquam is, qui ibi describitur, non appellatur ἀντιχριστός, de certo tamen uno aliquo sermo ibi esse videtur. Praeterea id quoque apparet, non simpliciter episcopum Romanum intelligi debere, ubi legitur ἐντιχριστός, sed esse ἀντιχριστον, quicumque contra-ria doceat religioni christianaе, cujuscunque demum sectae ille sit. Ceterum quae de ista re disputata sunt, ea cognosci possunt e Pfaffii Introductione in historiam Theologiae literariam pag. 104.

v. 19. A nostro coetu discesserunt; sed nomine tenus tantum coetibus nostris intererant. Si enim fuissent vere Christiani, apud nos mansissent: sed deseruerunt nos, ut proderent ipsi, nullum eorum vere e coetu nostro fuisse.

ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον „a nostro coetu discesserunt, deseruerunt coetum nostrum „nam sequitur, paullo post mansissent apud nos.“ ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν „sed proprie non erant veri Christiani, genuina membra sodalitaris christianaе, nomine tenus tantum coetui nostro intererant ἀλλ' scil. ἐξῆλθον ἐξ ἡμῶν „verum ideo discesserunt a coetibus nostris.“ ἵνα φανερωθῶσιν ὅτι οὐκ ἐπισπαιτες ἐξ ἡμῶν „ut proderent ipsi, nullum eorum, vere et proprie e coetu nostro fuisse. οὐκ πάντες nullus verum, ex hebr. לא כולם

v. 20. *Vobis vero non opus est novis doctrinis, instituti enim estis a venerando nobis et colendo Deo et habetis plenam perfectamque religionis scientiam.*

*χρῆσμα ἔχετε.* Sensus est: „vobis non opus est novis illis doctoribus, novis doctrinis; nostis enim omnia et rite instituti estis: nolite igitur audire adversarios.“ *χρῆσμα* est unguentum; Christiani habent *χρῆσμα* i. e. uncti sunt. Etenim alibi Deus dicitur *χρῆσας*, unxisse Christianos v. c. 2 Corinth. I. 21. Sic igitur constituta versione, sumi potest, vim phraseos esse metaphoricam. Quid ergo sibi vult, quum homo dicitur unctus proprie? Proprie dicitur homo ungi, cum inauguratur muneri. Ita, Orientis moribus, reges aut sacerdotes Iudaeorum summi ungebantur h. e. inaugurabantur muneri suo. Atque adeo, ubi non homo aliquis, sed res dicitur ungi, inauguratio istius rei intelligenda est. Ita passim lapides unctos legimus in patriarchali historia, vasa uncta h. e. templo sacra. Semper ergo spectanda est accessoria idea inaugurationis. Quodsi a sensu proprio transitur ad tropum, a proprio transfertur accessoria idea τοῦ inaugurᾶν. Pro illo igitur „vos uncti estis“ poni potest „inaugurati estis;“ nec est dubium, cui rei inaugurati sint, nimirum religioni vel christianismo. Jam autem, per quamnam rem inaugurantur Christiani suae religioni? Id fieri potest per baptismum, fieri potest per coenam sacram, ubi quis ea primum utitur. Attendendum igitur est, an in loco ipso addatur, per quam rem religioni sint inaugurati. Quapropter et hic locus multiplici modo potest explicari et explicatus semper est. Redit omnis res ad inaugurationis istius praedicata; qualia enim sunt praedicata,

tale quoque est subiectum. In nostro loco praedicatum est  $\kappa\alpha\iota \delta\acute{\omicron}\delta\alpha\tau\epsilon \pi\alpha\upsilon\tau\alpha$  „*notis omnia*“ ergo scientia est effectus inaugurationis. cf. v. 27.  $\chi\rho\iota\sigma\mu\alpha \delta\iota\delta\alpha\sigma\kappa\epsilon\iota \upsilon\mu\alpha\varsigma \pi\epsilon\rho\iota \pi\alpha\upsilon\tau\omega\upsilon$ . Sic igitur apparet, e tali praedicatione recte concludi, inaugurationem esse *primam de religione institutionem, quae afferat notitiam ejus atque scientiam*. Confirmari hoc potest v. 24. collato v. 27. Iudicemus ipsi, annon, qui primum instituitur de religione, per hanc ipsam institutionem dici jure possit inauguratus religioni? *Er wird ja dadurch zu einem Mitgenossen des Christenthums eingeweiht.* Simul vero apparet, baptismum certe non posse intelligi, quippe qui non doceat aut instituat. Nec potest esse  $\chi\rho\iota\sigma\mu\alpha$  repetitio sensuum acriorum, *öftere und stärkere Rührungen und Gefühle*, quemadmodum multi unctio-nem (*Salbung*) intelligunt et adscribunt etiam libris, canticis, homiliis. Tales sensus acriores possunt utique firmare animi proposita et roborare, verum non instituunt aut edocent. Talia igitur quominus admittamus, praedicata impediunt. cf. *Mori Dissertat. Vol. I. pag. 291. 292. ἀπο τοῦ ἀγίου* „*a numine vestro; a venerando vobis et colendo Deo*“ Causa est in eo, quod cum Hebraei dicunt  $\text{וְהִקְרַת}$ ,  $\kappa\alpha\tau' \epsilon\acute{\iota}\zeta\omicron\chi\mu\eta$  Deum intelligunt, *qua colendus nobis est et venerandus*, praesertim in illis: *der Heilige in Israhel, der Heilige in Jakob*. cf. *Jes. XXIX. 23. καὶ ὀδοῦτε πάντα, πάντα* sunt hic omnia ea, quae ad religionis scientiam pertinent, ut ergo omnia nosse h. l. fit: „*habere plenam religionis cognitionem, omnes partes doctrinae christianae exacte perspectas habere.*“ Id vero adjicitur ideo, ut appareat, non opus esse novis ad illam cognitionem accessionibus, si v. c. dicat aliquis, sic potius statuendum esse, hoc addendum adhuc, aut si velit aliquis falsa admiscere;

habere enim eos jam plenam perfectamque religionis notitiam.

v. 21. „Haec non scribo, quasi ea ignoretis; scio, vos horum habere notitiam, sed hortandi monendique causa, ne quid erroris accedat; nullus enim error ad veram doctrinam pertinet.“

ὅτι ἐγράψα ὑμῖν scilicet hanc epistolam, hos sermones de necessaria sanctitate. ὅτι οὐκ οἶδατε τὴν ἀληθειαν haec sunt verba humaniter loquentis. ἀλλ' ὅτι οἶδατε ταυτην ergo tanto magis assensum mihi praebebitis atque ego tanto libentius hoc scribo. καὶ ὅτι adjicit haec monendi hortandique causa, ne forte erroris aliquid admittant. παν ψευδος ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἐστὶ. Verba ita sunt construenda: παν ψευδος οὐκ „omne non mendacium“ i. e. nullum mendacium, ex hebr. לֹא כֹל לֵשׁוּ ψευδος autem de errore dici, per se ex serie hujus loci apparet. Nullus error ἐκ τῆς ἀληθείας ἐστὶ i. e. e genere doctrinarum verarum, non est pars verae doctrinae, non pertinet ad veram doctrinam, constare nequit cum vera doctrina.

v. 22. Nonne autem in errore versatur, qui negat, Jesum esse Messiam? Imo est adversarius Christi; negat enim, patrem misisse filium.“

ὁ χριστος „Messias.“ In Messiae autem nomine e doctrina totius N. T. intelligitur servator, σωτηρ. Dum enim N. T. de Jesu Messia docuit, esse eum servatorem sic promissum et exhibitum, correxit simul refutavitque Judaeorum de Messia mundano errores. cf. Mori dissertatt. Vol. II. pag. 262. sqq. ὁ ἀρνούμενος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν, ἀρνεῖσθαι τὸν πατέρα non est h. l. negare Dei existentiam et ita ἀθεῖον esse. Tales enim falsi doctores, qui patris existentiam negarent, non erant tum inter Christianos. Unde certo re-



spectu dicitur negare patrem estque adeo patrem filiumque negare, *negare patrem misisse filium et misisse saluberrimo hominibus consilio; negare opus patris per Jesum peractum; negare patris beneficia, per Jesum hominibus exhibita.* Atque ita etiam interdum γνωσκειν τον θεον, γνωσκειν τον πατερα και τον υιον occurit, restricte ad has ipsas ideas, scilicet quae beneficia pater tribuat per filium. cf. Ioann. I. 18. Matth. XI. 27. et passim. Pertinet igitur hoc ad dogmaticas hujus epistolae ideas, quo sensu pater atque filius cognosci, aut negari dicantur, nimirum restricte ad illa beneficia, quae pater tribuat per filium.

V. 23. „*Quisquis servatorem in filio non agnoscit a patre missum, is nec concedit, quod de patre docetur, patrem per filium tribuere salutem generi humano.*“

πας δ' αγνωμενος τον υιον „*quisquis negat, filium esse servatorem a Patre datum, in hoc filio non agnoscit servatorem, is ουδε τον πατερα εχει, is nec hoc concedit, quod de patre docetur, salutem eum tribuere humano generi per filium.*“ ουκ εχει non novit eum, non veneratur eum, non fruitur ejus beneficiis. Esse vero istorum verborum hunc sensum, ex opposito judicari potest: „*profiteatur patrem filiumque.*“ cf. *Mori Dissertat. Volum. I. pag. 78.* In hoc versu inferenda sunt duo commata: δ δμολογων τον υιον, και τον πατερα εχει. Exstant enim non modo in plerisque hujus epistolae Codicibus Graecis, sed etiam in Versione Syriaca priore, item in antiquioribus Versionibus Latinis, ut et in Vulgata. Hinc mirum sane est, potuisse haec subinde omitti in editionibus. Reperunt haec verba in textum Graecum *Griesbachius et Matthaei*, nec non judicat *Bengelius*, veriore hanc esse lectionem.

v. 24. „*Quod igitur audivistis ab initio, firmiter tenete. Quod si tenueritis, etiam cum patre et filio conjuncti manebitis horumque fruemini beneficiis.*“

μενετε „*conjuncti manebitis*“ i. e. fruemini horum beneficiis. Nam v. 25. sic pergit auctor: *jam vero promissa vobis est aeterna felicitas; accipietis ergo promissam istam felicitatem.*

v. 25. „*Jam vero promissa vobis est aeterna felicitas.*“

v. 26. „*Haec quidem ad vos scripsi seductorum gratia.*“

v. 27. „*Manete igitur in iis, quae ab illo edocti estis. Non opus est accessionibus eorum, qui errores spargunt inter vos; atque institutio illa, uti omnia completitur et de omnibus vos edocet, ita et vera est et neutiquam erronea; manete igitur et persistite in iis, quae didicistis.*“

ἀλλ' ὡς — ψευδός „*uti institutio illa integra est ac plena, ita est quoque vera; sic ist vollständig und wahr; non opus ergo est additamentis.*“ καὶ ἀληθές καὶ „*ita quoque.*“ καὶ καὶ ὡς „*igitur uti.*“

v. 28. *Adhaerescite ei ergo nunc, Carissimi, quam diu in his terris vivitis, ut bonam fiduciam habeamus, quando veniet, nec metuendum ab eo nobis sit in adventu ejus futuro.*“

καὶ νῦν „*ergo nunc, quamdiu in his terris vivitis.*“ Ita debet accipi propter oppositum: *quam veniet, in adventu ejus.* ἀισχυνοσθαι ἀπο τινος est merus hebraismus verbi כָּשָׁה, erubescere, constructi cum ה. Iam autem erubescere coram Deo est metuere sibi a Deo. Oppositum enim est παρρησιάζειν ἐχθρῶν, bono animo esse. Ede vero in omni h. l. multa nominatim contra Iu-

daeos dicta, intelligi potest e v. 22. Iudaei enim negabant, Jesum esse verum Messiam. Potest ergo locus hic existimari Christianis scriptus esse, ne per sermones Iudaeorum de Jesu Nazareno, non Messia, se decipi paterentur.

v. 29. „Si illud certum est, Deum sanctum esse, et hoc certum est, quemcunque, qui sanctitati operum das, Dei filium et ejus similem esse.“

Hic versus utique annectendus est sequenti Capiti. Incipit enim nunc longe aliud et proferuntur multa de necessitate sanctitatis. δικαίος h. l. est sanctus, purus, bonus, in quo nihil plane vitii est, nec esse potest; infra III. 3. ἀγνός dicitur, quod redit eodem. Quare homo ποιῶν τὴν δικαιοσύνην est homo exercens virtutem, omnino sanctitati operam dans. εἰν εἰδότε, γνωσκετε „si certum est illud, et hoc certum est.“ Wenn ich weiß, daß Gott den Guten Vergeltung verheißen habe; so weiß ich auch, daß er sie ihnen ertheilen werde. ἐξ αὐτοῦ γεγονησας. Pro hoc substituamus: τέκνον Θεοῦ ἐστὶ. Hae enim sunt ideae aequipollentes. „Wenn es wahr ist, daß Gott moralisch gut ist, so ist es auch wahr, daß jeder, der das moralisch gute sucht und übt, sein Kind ist. Sehet nur, wie sehr uns Gott liebt, daß wir seine Kinder seyn sollen.“ cf. III. 2. 10. Arctissime ista cohaerent, nec debent divelli. γεγονησμενος ἐκ Θεοῦ five, quod est idem, τέκνον Θεοῦ, nazus e Deo est, similis Dei, sensu et factis. Id postulat totius orationis series. Non dogmatico ergo sensu capiendum erit „ad fidem adductus, in melius mutatus est“ sed simpliciter similis Dei, sensu et factis, ex ist Gott ähnlich.

## CAP. III.

V. 1. „*Videte, quantopere Deus nos amat! Eo usque ad surgere possumus, ut similes ejus fieri possimus. Homines autem a religione alieni nesciunt quid et quantum hoc sit; ignorant enim, qualis ille sit.*

ιδετε — κληθωμεν „*sehete nur, wie sehr uns Gott liebt, daß wir unvollkommene Menschen ihm ähnlich werden sollen.*“ ε ποσμος indicabit hic omnem eorum multitudinem, qui sunt a vera religione alieni, nominatim ab hac Christianorum religione. Hujus significationis causa est in eo, quod jam olim a Judaeis **עוהל**, mundus, dicebatur hoc sensu, ut omnes gentes verum Deum ignorantes intelligerentur. Est ergo vocabulum hebraizans **ο γνωσκει ημεις** „*illi homines non norunt nos; nesciunt, quid et quantum hoc sit, esse Dei similem; quanta sit dignitatis et felicitatis, hominem exprimere Deum similitudine animi et vitae.*“ **διω τουτο ετι οκ εγνω αυτον**, propterea, quia Deum non norunt“ Ergo quia nesciunt, qualis ille sit, quia ne ipsum quidem norunt; unde nesciunt etiam, quid sit, Dei similem esse, nec judicare possunt, quanta id sit dignitatis ac felicitatis. Non norunt, quantopere ille postulet hominum secum similitudinem et probet.

V. 2. *Sumus igitur jam nunc, Carissimi, Dei similes: et quamvis nondum per experientiam notum sit, quales futuri simus, scimus tamen, nos et olim ejus similes et quidem magis eum similes fore, quam in his terris, quoniam eum accuratius, uti revera est, cognoscimus.*

νυν τενοι θεου εσμεν. νυν „*nunc, jam his in terris commorantes, Dei sumus similes.*“ **οπω εφανερωθη, τι εσομεθα** nondum per experientiam nobis innouit, quales futuri si-

mus; scimus quaedam de futuris, rem ipsam nondum sumus experti.“ *ἴδμεν δὲ — ἴσομεθα* „hoc tamen scimus, nos, si per experientiam innoscet, similes illius futuros esse.“ Qualis igitur jam nunc est conditio nostra, talis olim quoque erit. *ὁμοιοὶ αὐτοῦ* „similes Dei“ et quidem cum virtute et morali perfectione, tum vero etiam felicitate et beatitate. Nam haec duo ex ipsis sacris libris scimus de hominum cum Deo similitudine. Quod vero ad virtutem et moralem perfectionem attinet, cf. Apocal. XXI. XXII. De beatitate talia saepe leguntur: *regnabimus cum illo; glorificabimur ut ille*“ uti ille felix est et beatissimus, ita et nos. Sic ergo describitur futurus ille status ex parte similitudinis hominum cum Deo, qua moralem perfectionem et qua beatitatem. Causa additur haec: *ὅτι ὁψόμεθα αὐτὸν καὶ ὁμοιοὶ ἴσμεν* „quippe videbimus eum, qualis est“ h. e. cognoscemus eum, non, ut videtur, non, ut opinamur, sed ut vere est, plene et accurate. Olim accurata nobis Dei cognitio contingeret. Ista igitur accurata et vera Dei cognitio, sistitur ut causa majoris illius cum Deo similitudinis in altera vita. Quo enim accuratius novi aliquem, eo magis ipsum imitari, eo similior fieri ejus possum. Atqui cognoscemus eum tum vere et accurate; ergo tanto magis eum imitari et in-dolem ejus referre poterimus. Quod vero ad beatitatem attinet, per se apparet, apud homines, ratione praeditos et doctrina christiana imbutos, fundamentum felicitatis esse accuratam Dei cognitionem et qua incrementa cognitionis et qua fructum felicitatis. Si autem illa altera vita est hujus nostrae continuatio, nascitur hinc fundamentum pretii similitudinis cum Deo in hac vita.

V. 3. Proinde jam in his terris incipit fieri similis Dei, qui in illo spem ponit futurae similitudinis, ut hanc in posterum continuare possit.

την ἐλπίδα ταυτην futurae scilicet illius majorisque cum Deo similitudinis. ἀγχις ἐκωτον „jam in his terris incipit fieri Dei similis, ut illa similitudo continuari olim possit.“ ἀγνος i. q. supra II, 29. δικαιος, sanctus, vitii expers; τελειος Matth. VI. ult. ἔκωτον ἀγχιςων erit igitur componere pectoris sensa ad perfectissimum divinae sanctitatis exemplar, imitari Deum sanctum.

Sequuntur jam alia quaedam:

V. 4. Qui cum habitu contracto peccat, contraria plane facit legi et voluntati divinae, ideoque dissimilimus Dei est; vitiositas enim contrarium est ejus, quod Deus facit.“

ὁ ποιων την ἀμαρτιαν non tam est, qui aliquando leviter et interdum delinquit, sed est descriptio hominis, qui scelera exercet et deditus iis est. Quid igitur, si vertamus: facinorosus? Etenim II. 29. ὁ ποιων την δικαιοσυνην profecto non est, qui interdum, aut aliquoties recte agit, sed qui exercet virtutem cum contracto habitu, δικαιος. Idem sequentia quoque confirmabunt. cf. Ioann. VIII, 34. ubi δουλος της ἀμαρτιας esse dicitur ὁ ποιων την ἀμαρτιαν. και την ἀνομιαν ποιει. νομος, lex h. l. est voluntas Dei; unde contraria facere legi est contraria agere Dei voluntati ac postulatis. Sed contraria agere divinae voluntati profecto est Dei dissimilimum esse. και ἡ ἡμαρτια ἡ και „nam“ ἔστιν ἀνομιας in univcrsum voluntati divinae contraria est. Lasterhaftigkeit ist gerade das Gegenteil von dem, was Gott denkt und will, ist gerade die größte Unähnlichkeit mit Gott.

v. 5. Porro nostis, Jesum propterea inter nos ver-  
 fatum esse, ut, expers ipse omnis vitii, nos quoque a sceleribus abstraheret.“

καὶ „porro, propterea.“ ὅτι ἐκείνος ἐφανερώθη. Id ad Jesum referri debet, etfi hactenus de Deo patre fermo fuerat. Nam v. 8. sic repetuntur haec verba ἐκ τούτου ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. ἐφανερώθη „manifestatus est“ per se capi potest historice „venit in has terras, in conspectum nostrum venit.“ ἵνα τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν ἀβύ. Quando Jesus dicitur peccata hominum tulisse vel abstulisse, est interdum: poenam peccati nostri tulit. Verum hanc vim habet ista formula, ubi de morte Jesu agitur, aut ubi de eo, tamquam victima, fermo est; veluti Joann. I. 20. H. l. autem non nominatim de morte Jesu exponit auctor, nec spectatur Christus ut victima; sed fermo est de causis, cur Jesus ἐφανερώθη, cur terras has ipse adierit. Ergo formula „tulit ille scelera nostra“ hunc sensum habebit: „abstulit ea, removere ea a nobis, abstrahere nos a sceleribus voluit atque emendare.“ Id ipsa quoque orationis series flagitat; agitur enim de uno hoc: deponere debemus scelera. Hoc autem fuisse in consiliis, cur Jesus has adierit terras, nimirum ut nos edoceret et edocendo nos emendaret, ut pro nobis moreretur in peccati veniam et sic incitamentem sanctitatis praeberet gravissimum, quis homo christianus nesciat aut dubitet! καὶ ἐν αὐτῷ ἀμαρτία οὐκ ἔστι „atque etiam ipse sceleris vitiique expers est.“ Ergo qualis ille est, tales voluit nos efficere; das Laster von uns wegnehmen. Die Aehnlichkeit mit Gott soll in jenem Leben fortgesetzt werden — Lasterhaftigkeit hebt sie auf — der Zweck der Ankunft Jesu war auch dieser, uns von Laster zu entfernen — studeatis ergo sanctitati!

v. 6. *Qui vere est Christianus et manet, non facinorose vivet; virio enim deditur ne initia quidem fecit Christianismi, nedum maneat in Christianismo.*“

ὁ ἐν αὐτῷ μενων „qui in vero Christianismo perstat.“ cf. ad II. 5. 6. ὄνχ ἀμαρτανει „non peccat.“ Qui ergo verus Christianus est et manet, nunquam peccat, ne semel quidem, ne inscius quidem aut invitus? Nullo modo! Proinde verti debet „non facinorose vivit, non exercet scelera“ ὅν δυναται εἶναι δουλὸς τῆς ἀμαρτανει. ἀμαρτανειν et v. 4. ποιειν τῆν ἀμαρτανειν. synonyma sunt. ὄνχ ἐωρακειν αὐτον, ὅδε ἐγνω αὐτον „non cognovit eum, nec habet eum nunc cognitum“ ergo ne initia quidem fecit Christianismi, nedum perftet in eo.

v. 7. „Ne vos in errorem induci patiamini, Carissimi; qui virtutem exercet, intus quoque bonus ac probus est, sicut Deus.“

δικαιὸς ἐστὶ „sensu et animo, intus bonus et probus est.“ Ita in priore ποιειν τῆν δικαιοσυνην cogitanda erunt recte facta externa, tugendhafte Handlungen, in altero δικαιοσ sensus animi interiores, gute Gesinnungen, ein moralischguter gebildeter Wille, καὶ οὗτος ἐστὶν δικαιοσ ἐστὶν. Id ad Deum, five etiam ad Christum referri poterit; Gott, immer geneigt zum moralischguten, kann nie das Gegenheil wollen.

v. 8. „Qui sceleribus voluitur, Diabolo similis est, quippe qui ab ultima origine scelera agit. Atque hunc in finem filius Dei in has terras venit, ut scelera, quae ab hominibus ad ejus exemplar patrarentur, destrueret.“

ἐκ τοῦ διαβολου ἐστὶν substittuamus aliam formulam planiorem: τεκνον τοῦ διαβολου ἐστὶν, τον πατερι ἐχει διαβολον. Haec synonyma sunt. Qui enim nunc di-



cūntur ἐκ τοῦ διαβόλου εἶναι, hi v. το. vocantur τέκνον  
 του διαβόλου. Pariter ἐκ θεου εἶναι, et τέκνον θεου εἶναι syno-  
 nyma sunt et permutantur invicem. De phrasi alte-  
 ra τὸν πατέρα ἔχειν διαβόλον cf. Joann. VIII. 44. Haec  
 tria igitur eodem redeunt. Jam autem τέκνον του δια-  
 βόλου εἶναι, sive τὸν πατέρα ἔχειν διαβόλον indicat *similem*  
*ejus esse sensu atque animo, vita et factis, omni ex parte.*  
 Ipsa commatum oppositio v. 7. et 8. huc ducit. ὅτι  
 ὁ διαβόλος ἀμαρτάνει. Si in hoc, quod diabolus sce-  
 lestus est, causa quaeri debet, cur homo sceleratus  
 sit τέκνον του διαβόλου, sequitur: ἐκ τοῦ διαβόλου εἶναι  
 esse, *similem diaboli esse.* Additur ἀπ' ἀρχῆς ἀμαρτάνει,  
*quae est laxior descriptio, aliquem non nuper demum coe-*  
*pisse scelerate agere, sed omni tempore, semper et ubique*  
*seleste eum vixisse; von jeher hat er schon so gehandelt.*  
 Praeter hanc nostrae linguae analogiam spectanda  
 quoque est hebr. linguae analogia in illo **קדמ**,  
 ab antiquitate, inde ab origine. Nominavimus  
 laxiorem descriptionem; nolebamus enim respici  
 hic ad certum quoddam punctum temporis. Huic  
 insistere, foret in eo, si diceremus v. g. ἀπ' ἀρχῆς  
 esse ab initio perversitatis suae, *vom ersten Anfange seines*  
*Abfalls.* Verum sic quoque relinquitur id: non re-  
 diit ab eo inde tempore ad meliorem frugem, sem-  
 per et ubique mansit perversus. Ac notatur istud  
 temporis punctum ab nonnullis sic, ut contendant,  
 ἀπ' ἀρχῆς esse, *ab initio generis humani, ex quo homines*  
*esse coeperunt, quos seduxisse diabolus existimatur.* Non  
 apparet tamen, cur ita praecipue notetur, cum jam  
 antea Satanus fuerit. Relinquitur vero et hic illud:  
 ab eo inde tempore perversus est. Deinde est etiam  
 praesens ἀμαρτάνει, quod actum continuum indicat.  
 ἔργα του διαβόλου ἡμῶν ad dubie sunt *scelera*; quod omnis

series totius loci indicat et est character diaboli hic: *μαρτανει*. Opera ejus ergo esse debent scelera. Scelera autem dicuntur opera diaboli, quia ille perpetrat flagitia. *IV* Si ergo homo aliquis dicitur ποιειν *εργα του διαβολου*, dicitur facere eadem, quae ille facit; ille *αμαρτανει*, homo etiam *αμαρτανει*. cf. *Mori epitome*. pag. 91. Verum nunc hominum facta intelligi debere, fluit inde, quod Jesus dicitur λυειν inter homines τα *εργα του διαβολου*, impedire, quo minus homines in posterum faciant, quae ille facit. λυειν *εργα* est destruere, impedire τα *εργα*. Et enim non est obscurum, in verbo λυειν esse vim destruendi, impediendi, ne fiat aliquid. cf. Rom. XIV. 20. *εργον του θεου* ibi est propagatio christianae religionis inter Paganos aequae ac inter Judaeos. Hanc homo aliquis λυει, impedit, *εινεκεν βρωματος*, si nimis tenax est παρὰ *δουλειας* de discrimine ciborum. *Du zerreißeßt das Band der Gesellschaft und störest so das Werk der Gottheit*. Voluit ergo Jesus adventu suo in has terras impedire, ne scelerate viveremus. Ceterum ista propemodum omnia leguntur Joann. VIII. 39. *sqq.*

v. 9. „*Qui Deo similis est, vitia fugit, quoniam doctrina Dei ei semper praesens est. Similis Dei factus scelerate vivere non potest.*“

*σπερμα*, semen, tropice capi debet propter praegressum tropum *γεννηνημενος*, genitus. Semen autem et genitus sunt ideae relatae. Hoc igitur fundamentum est totius allegoriae. *γεννηνημενος εν θεου*, similis Dei factus est *σπερματι*, e semine h. e. per doctrinam Dei; haec est quasi semen gignendi, sive medium, faciendi aliquem Dei similem. cf. 1 Petr. I. 23. ubi eadem allegoria reperitur, et addit Petrus diserte de

λογου ζωτος Θεου. Habemus igitur authenticam hujus allegoriae explicationem. cf. Jacob. I. 18. *σπερμα Θεου μενει εν αυτη* res ipsa non est obscura, semen Dei, doctrina divina manet in eo, *semper praesens illi est. ου δυναται αμαρτανειν.* Moraliter impossibile est, non physice. Physice enim fieri utique potest, ut vel optimus homo peccet atque adeo in grave facinus incidat. Sed moraliter fieri nequit, per naturam rei, per ideam filii Dei; foret enim repugnans. Nimirum in idea Filii Dei cogito *emendatum, similem Dei factum*: hic ubi scelerate vivit, definit esse Dei filius; repugnant sibi istae ideae. De re non magnopeste obscura in illo *ου δυναται* cf. Joann. V. 30. *ου δυναμαι* „*moraliter fieri nequit*“ erat enim legatus divinus, ergo Dei mandatis adstringere se debebat nec pro lubitu agere. Additur *καθως ανου κρινω.*

V. 10. „*Hac re dignoscere licet, qui referunt Deum sensu et factis ab iis, qui referunt diabolum sensu et factis. Qui scelerate vivit neque fratrem suum amore amplectitur, non est Dei similis.*“

*εν τωτω* „*hac re, vivere scelerate, non vivere scelerate.*“ Dicta hac de re in univcrsum transfert nunc Joannes ad scelus unum, odium erga alios. *και ο μη* „*ideoque etiam.*“

V. 11. „*Haec enim est summa doctrinae, quam statim ab initio vestri christianismi accepistis: ut nos invicem amemus.*“

*η αγγελια* est institutio, *Belehrung.* cf. ad I. 5. *απ' αρχης* „*ab initio vestri christianismi.*“ cf. ad II. 7. *αλληλους* addatur: *neque odio habeamus alios.*

V. 12. „*Non sic, ut Cainus, Satanæ simillimus, qui fratrem interficeret. (Et quare eum interfecit? Quo-*

niam ipse scelestus, frater autem probus et virtutis studiosus erat.“

V. 13. „Unde nolite mirari, Carissimi, si vos odio habent homines a religione alieni).“

V. 12. ἐκ του πονηγου ἦν ὁ πονηρος est Satanas, propter ante dicta ἐκ του δευβολου ἕως. Sic ergo formulae ἐκ του πονηγου ἕως idem manet sensus: *similem ejus esse. cf. Mori dissertat. Volum. I. pag. 74. (καὶ χάριν τινος „cujus rei gratia, qua de causa?“* Verba haec parent theos signis videntur circumscribenda usque ad ὁ κόσμος V. 13. ὅτι τα ἔργα „quoniam fratris sui erat dissimillimus.“ V. 13. μη θανατοῦσατε „unde, proinde nolite mirari, si vos odio habeant homines scelesti; nam pius ille Abel a fratre pessimo jam odio habitus est.“ ὁ κόσμος, ut supra, homines a religione alieni et scelesti.

V. 14. „Scimus, nos e miseria ad felicitatem transisse nosque amare fratres. Qui fratrem non amat, est et manet homo miser atque infelix.“

V. 15. „Quisque odio plenus erga alterum, homicidae similis est; nobis vero, quemque talem amittere spem ac possessionem futurae felicitatis.“

ὅτι ἔχει ζωὴν αἰώνιον ἐν αὐτῷ μενουσαν V. 15. „non habet manentem in se sempiternam felicitatem“ i. e. amittit spem et possessionem futurae felicitatis. ζωὴ h. l. tropice est felicitas, propter adjectum αἰώνιος. Ergo θανατος V. 14. miseriam indicat, ob hanc ipsam oppositionem. Hinc μένει ἐν τῷ θανάτῳ, homo manet in morte, erit: manet miser atque infelix. ἐκ του θανάτου εἰς τὴν ζωὴν e miseria ad felicitatem.“ Haec de causa, cur θανατος et ζωὴ tropice dicantur! Quo sensu autem jam nunc μεταβιβαστικῶς εἰς τὴν ζωὴν, jam in his terris viventes

*transivimus ad felicitatem?* Scilicet ex ignorantia religionis et veri unius Dei transivimus ad scientiam religionis et ad cognitionem unius veri Dei; e scelere et perversitate transivimus ad virtutem et vitae pietatem; e metu poenae futurae et miseriae transivimus in laetam spem sempiternae felicitatis. *ὅτι ἀγαπῶμεν τοὺς ἀδελφούς* hoc ergo est documentum ejus rei, nos e misero statu in laetiores esse transactos. *ἀνδραποκτόνος ἐστὶ* non sensu strictissimo, quasi odia omnia in caedes abeant, sed sensus est: *est homicidae similis, nil agit aliud, quam homicida, non minus contrahit culpam, quam homicida.* Haec similitudo cum homicida vertendo poterit ita exprimi: *interitum alterius quaerere.* Unde additur *πῶς ἀνδραποκτόνος* etc. „quisque talis, vel vere homicida, vel homicidae similis, amittit spem possessionemque futurae felicitatis.“

Nunc ostenditur, quid id fit, alios amare:

v. 16. „*Hac re agnoscimus naturam veri amoris, si, quemadmodum ille vitam pro nobis deposuit, ita et nos vel carissima nobis negare propter alios adeoque vitam ipsam, tibi opus est, deponere non recusamus.*“

*ἐν τούτῳ ἐγνωκάμεν τὴν ἀγάπην* „*hac re agnoscimus naturam veri amoris, sive quid sit, vere et sincere amare.*“ Jam ergo mors Jesu commemoratur ut res in facto posita, per quam demonstravit ille suum erga nos amorem. *καὶ ἡμεῖς* „*unde nos quoque.*“ *πῶς ψυχῶν τιθέναι.* Multis sane accidit, ut ista propositio verbotenus ad ipsos posset referi: Non sunt tamen omnium hae res ac *περὶ αὐτοῦ*, ut vita proprie deponenda sit pro aliis. Cujus vero non sunt res tales atque *περὶ αὐτοῦ*, quomodo obstrictus ille haberi potest deponendae pro aliis vitae, aureo illi ac vere divino bono, quod,

fervare, sanctum profecto est atque inviolabile officium? Hinc universalis notio talis amoris ex h. l. eruenda erit, quae deinde applicari ad omnes omnino possit ac debeat. Haec igitur ita se habent: *vel carissima nobis denegare debemus aliorum causa*. Sic facimus in universum id, quod hic praescribitur, commemorando factu tali, quod cum detrimento ejus, qui patrat, arctissime est conjunctum. Quodsi eo usque nitendum nobis est in amandis aliis, quanto magis in re multo minori, in parte aliqua rei familiaris, aliorum commodis prospicere debemus!

v. 17. „*Si quis vero possidet res familiares et tamen alteri inopia laboranti pectus suam occludit, Qui amor Dei in eo locum habere potest?*

τον βιον του κοσμου, ο βιος sexcenties dicitur de re familiari atque de opibus nostris, ut in illo του βιον καταφαγειν. Additus genitivus του κοσμου „*res familiaris, qua nunc fruimur, destinata sustentandae vitae*“ in versione omitti potest, ex hebraismo: *Die Güter der Erde, die Stolzen dieser Welt. τα σπλυχχνα* ex hebr. **וֶצֶרֶת**, viscera, ut nos pectus dicere solemus, *mens atque animus*.

v. 18. *Non simulemus tantum amorem verbis, Carissimi, sed vere amemus nos invicem et amorem hunc factis declaremus.*“

*και αληθειαι* „*ideoque etiam vere.*“

Jam exponit auctor de fructibus istius amoris ad animi tranquillitatem.

v. 19. „*Ex hoc intelligimus, nos veros esse Christianos atque respectu Dei pectora nostra pacare poterimus,*

q. 20. *Quidquid illa vos meruere jubeant; quoniam Deus major est pectore nostro qua scientiam, immo novit omnia.*"

και εν τούτω γνωσκομεν, porro ex ipsa re, amore, quem factis declaramus, vero amore cognoscimus." *ὅτι ἐν τῆς ἀληθείας ἐστμεν. Cum homo dicitur εἶναι ἐν τῆς ἀληθείας, εἶναι ἐν τῆς ἐριθείας, atque in universon e re, quae significat vel morale bonum, vel malum morale. tum vertendo exprimi potest uno adjectivo. Sic ubi homo esse dicitur e rixa, verti potest rixosus; ex inobedientia, inobediens; e veritate, vel veri studiosus, vel verus; pro re nata, h. e. pro re, de qua sermo est. H. l. homo, qui factis amorem suum declarat, verus esse dicitur, nimirum respectu christianismi, ergo verus christianus. cf. Mori dissertat. Volum I. pag. 74. Atque eum dicimus vere christianum, ad cujus πίστιν accedunt quoque ἔργα. Jam sermo hic est conjunctione γνώσεως et ἔργων, ergo ἐν τῆς ἀληθείας εἶναις erit h. l. verum esse ac genuinum christianum. Similes phrasas occurrunt Rom. II. 8. Joann. XVIII. 37. Hic ergo est unus fructus illius amoris: discite hinc, verum te esse christianum. Jam de fructu altero! ἐμπροσθεν αὐτου scilicet θεου „cum Deum cogito, respectu Dei“ πειθεῖν τινα „persuadere alicui“ non semper est, persuadere, ut alter sciat et credat; sed est quoque placare, pacare alterum, ne indignetur, sed acquiescat, besriedigen, besänftigen. stillen. cf. Matth. XXVIII. 14. Act. XII. 20. ad quem posteriorem locum multa sunt in commentariis omnibus Graecorum scriptorum exempla recitata. Quid autem foreth. l. seinem Herzen Ueberzeugung verschaffen? Sermo enim est de eo, qui metuit. Is tranquillari cupit, ut acquiescat, ne sibi me-*

tuat amplius. Jam vero res ipsa non est difficilis, eum, qui facta fidei adjunxerit, posse animum suum tranquillare; facit enim utrumque, quod Deus postulat. *Dann, wann der Mensch den Anforderungen Gottes Genüge thut, kann er sagen: ich fürchte nichts; denn ich that, was ich thun sollte.* Procurrit nunc oratio v. 20. nec est puncto disrumpenda. *ὅτι ἐὰν καταγνώσκῃ ἡμῶν ἢ καρδία* „quidquid demum animus noster metuere nos jubeat.“ *ὅτι* non erit hic particula „quia, quod,“ sed pronomen „ὅτι, quidquid“ et illud *ἐὰν* non est conjunctio „si, quodsi“ sed est particula expletiva, juncta illa plerumque conjunctivo, ut et *ἀν*. Ergo *ὅτι ἐὰν* „quidquid demum.“ cf. v. 22. *ὃ ἐὰν* „quidquid demum. Coloss. III. 23. *ὅτι ἐὰν ποιῆτε* „quidquid demum feceritis.“ *καταγνώσκῃ* proprie est condemnare; animus nos condemnat i. e. *accusat nos, metuere nos jubet.* Pacabimus igitur animum nostrum, quidquid demum ille nos metuere jubeat. Recurrunt scilicet e vita antea facta varia delicta et propria quaedam, tamquam impressa nostro characteri. Haec exuere et prorsus deponere optimus quisque vel omni studio et summa virium contentione non potest. Propter ista igitur delicta animus metuere nos jubet. Pacare tamen animum possumus, quia cum *γνώσει* conjunximus *ἐγὼ*. Cur vero metuere animus nos jubet? Nimirum *ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν, μείζων*, sc. qua scientiam. *Deo igitur animo nostro major est scientia, Gott weiß mehr noch als mein Herz und mein Gewissen, plura delicta nota ipsi sunt, quam quae ego cognovi, aut quorum ego memini.* Additur enim *καὶ γνώσκῃ πάντα* „atque adeo omnia novit, non tantum plura, quam ego, sed omnino omnia.“ *Hac igitur re, si cum γνώσει facta conjunxerimus, intelligemus, genuinos nos esse christianos, item pectoris nostri conscientiam*



respectu Dei pacare poterimus; quidquid illa demum metuere nos jubeat hac de causa, quia ille multo plura cognovit, quam pectora nostra, atque adeo omnino omnia cognita habet et perspecta, quae ne in mentem quidem nobis veniunt.

V. 21. Si autem non amplius metuere nos jubet animus noster, tum etiam bono animo erga Deum esse et ab eo optima quaeque sperare possumus.

ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγνώσκῃ ἡμῶν „si huc pervenimus, ut jam pacatum animum habeamus et tranquillum.“  
 παθήσειον ἔχειν πρὸς τὸν Θεόν „Fiduciam in Deo collocare, optima quaeque sperare ab eo.“

V. 22. Et si quid deinde ab eo petierimus, accipiemus, quoniam praecepta ejus servamus et quae ei placent, agimus.

τὰ ἀγαθὰ ἐνωπιον Θεοῦ ποιεῖν idem est, quod τὰς ἐντολάς τοῦ Θεοῦ τηρεῖν, τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ ποιεῖν „ita sentire et agere, uti Deus postulat et ipsi placet; studere animi et vitae sanctitati, quae Deo probata est.

V. 23. „Haec autem est summa omnium praeceptorum divinatorum, quae adhuc vobis exposui, ut doctrinam filii Dei amplectamur atque cum scientia et persuasione facta conjungamus nosque invicem amemus, sicuti ille nobis praecipit.“

πιστεῖν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ de hac formula cf. infra ad V. 23. In universum inest notio: omnem ejus doctrinam amplecti eumque censere servatorem, generi humano destinatum. Sic ergo summa eorum, quae a nobis postulantur, erit πίστις et ἀγάπη. Ad scientiam igitur et persuasionem facta quoque accedere debent.

V. 24. „Qui hanc πίστιν et ἀγάπην observat, is manet cum eo mutuo conjunctus, uti Deus cum ipso conjunctus

manet. Quod quidem dotibus spiritualibus et ipso spiritu, illarum dotium auctore, quem nobis largitus est, cognoscimus.“

ἐν αὐτοῖς μὲν „is pergit Deum nosse, pergit eum colere ejusque frui beneficiis.“ Hujus vero talis conjunctionis aliud deinde adspersit signum per se. ὅτι μὲν ἐν ἡμῖν id videtur referendum huc esse, Deum constanter nobis favere, perpetuum manere ex ejus parte favorem. ἢ τοῦ πνεύματος, οὗ ἡμῶν ἰδωκεν. In πνεύματι non modo omnes illae dotes, cum religione conjunctae, intelligi debent, quae dici solent πνεύμα, sed et harum omnium auctor atque adjutor, spiritus ipse. cf. Mori differant. Volum. I pag. 338. sq. Ergo cum scientia religionis ipsius et scientiae firmitas atque incrementa; tum virtus ejusque firmitas et incrementa, mentis tranquillitas maxime de futuris, tandem futura illa ipsa felicitas, sequens sua sponte. Harum igitur omnium auctor est et adjutor πνεύμα τοῦ Θεοῦ, auctor et adjutor, ut maneat aliquis in virtute, ut capiat incrementa etc. Quod ergo hoc amplo sensu spiritum habemus, id dicitur esse signum cognoscendi constantem perpetuamque cum Deo conjunctionem. Quod enim illa scientia et virtus crescant, quod bene de futuris speremus, haec sane arguunt constantiam divini favoris. Comparari possunt Ephes. I. et IV. 2 Corinth. I. fin. ubi haec eadem per hos dicuntur tropos: nos habere πνεύμα tamquam pignus; nos esse obsignatos per πνεύμα. Pignus autem et sigillum sunt causae certitudinis nostrae de favore divino.

Videtur tamen adpersa haec res de πνεύμαti perperisse digressionem aliquam Cap. IV. ad hos, qui vera vel falsa docerent, vere aut falso haberent πνεύμα.

## CAP. IV.

v. 1. „Nolite fidem habere cuicumque doctori, scientiam a Deo acceptam prae se ferenti; sed examinare doctores, an revera quoque a Deo sint edocti. Multi enim falsi doctores inter nos reperiuntur.“

πνευμα. Non posse hic divinum spiritum intelligi, per se apparet; nec πνευμα h. l. abstractam ideam „dotes nobis datas atque concessas“ exprimere potest. Talia enim sunt πνευματος praedicata, quae non cadant in dotes illas; tamquam profiteri, docere. Propter ista ergo praedicata necesse est, ut πνευμα indicet hominem. Intelligitur autem, hominem cum certo quodam respectu dici πνευμα. Qui quidem respectus est: homo, qui habet πνευμα, homo πνευματικός. Porro non quilibet homo, qui habet πνευμα, intelligendus est, sed nominatim is, qui docet. Totus enim locus agit de docentibus veris ac falsis. Ergo πνευμα est homo doctor, qui πνευμα habet aut πνευματικός ἐστὶ h. e. qui habet scientiam a Deo acceptam. Formula enim, πνευμα εἶχεν, semper de doctoribus usurpatur, tamquam 1 Corinth. II. 11. usque ad fin. VII. 40. Eodem modo ii, qui docent et habent hoc sensu scientiam, πνευματα dicuntur 1 Timoth. IV. 1. Ad illam autem πνευματος notionem, quam modo proposuimus, ut nempe sit homo doctor, qui habeat πνευμα, accedere debet: aut qui prae se ferat et jactiter πνευμα. δοκιμασθῆναι τα πνευματα est examinare doctores, an vere habeant πνευμα, necne? ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι. Formulam hanc per se apparet non esse capiendam ut Cap. superiore, in quo erat τέκνον Θεοῦ εἶναι, natum e Deo, Dei similem esse. Sermo enim hic non est de docentium examinanda fide et virtute, sed de sententia, quam proponunt. Ergo ἐκ Θεοῦ εἶναι dicitur is, qui adeptus est divinam de

religione institutionem, edoctus a Deo. Fundamentum istius explicationis est in v, 6., ubi opposita id suadent „qui non est e Deo, ignorans Deum.“

v. 2. Agnoscite autem hac ex re divinum doctorem; qui proficitur, Jesum, Nazarenum illum, esse Messiam, qui venit indutus corpore humano et ut homo inter nos versatus est, est etiam a Deo edoctus.

το πνευμα του θεου „scientia a Deo accepta, per divinam institutionem impetrata.“ πων πνευμα. πνευμα hic erit: qui habet spiritum et se habere spiritum jactat. Ιησων χρισον „Jesum Nazarenum esse Messiam, servatorem illum“ Praedicatur ergo de Iesu, esse eum Messiam, servatorem, ενσαρκι εληλυθота „qui homo ad homines venerit, indutus humano corpore et aliquamdiu inter homines fuerit versatus“ cf. infra ad v. 5. εκ του θεου εστι „is, qui hoc proficitur, a Deo est edoctus, doctor vere divinus.“

v. 3. „Contra qui negat hanc palmariam religionis doctrinam, non habet scientiam a Deo acceptam. Hoc enim est Antichristi, quem futurum esse audivistis et qui jam adest.“

δ μη εμολογει de his verbis et de crisi istius loci infra separatim dicetur. εκ του θεου ουκ εστι „non est a Deo institutus“ negat enim palmariam religionis christianae doctrinam de Iesu Messia. τουτο εστι το του αντι χρισου scilicet πραγμα, χρημα. De vocabulo αντιχρισου dictum supra est ad II. 18.

v. 4. „Vos adepti estis divinam istam institutionem, Carissimi, et de illorum errore vobis persuasistis. Verum, a Deo profectum, quod vos estis amplexi, superavit falsorum illorum doctorum errores.“

εμεις εκ του θεου εσε. Hoc non ad doctores tantum, sed etiam ad lectores pertinet. νενηκηκατε αυτους

„persuastis vobis de illorum errore, repudiastis falsam illorum sententiam.“ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶ ἀντιχριστός, quisquis contraria docet Jesu Messiae. Hinc ὁ ἐν ὑμῶν erit Deus in tantum scilicet, „in quantum vos instruit meliori cognitione et scientia. cf. Mori dissertat. Vol. I. pag. 265. ἡ μείζων ἐστὶν „verum est majus falso, verum praeponderat falso, Wahrheit besiegt doch endlich den Irrthum.

V, 5. „Hi e numero eorum sunt, qui sunt a religione Christiana alieni ideoque res tantum tradunt, quae in hominum scientiam cadunt et religioni verae adversantur. Ideo quoque homines ab hac religione alieni probant istos doctores et audiunt.“

κόσμος in omni hoc loco indicabit eos, qui sunt alieni a religione Christiana aut Messiae doctrina, sive illam nesciant, sive scire nolint, oppugnent atque negent. Eodem sensu verbum κόσμου sexcenties in Joannis evangelio occurrit, ubi Jesus se, suam doctrinam suosque sectatores opponit τῷ κόσμῳ. Nunc, quum dicantur doctores falsarum rerum ἐκ τοῦ κόσμου ἔνασι, conjuncti cum κόσμῳ, intelligendus erit omnis eorum numerus, qui hanc doctrinam nesciunt, improbant et in aliam prorsus mutant. Ergo verti debet „sunt e numero alienorum a vera Christi religione hominum.“ ἐκ τοῦ κόσμου λαλεῖν „e mundo loqui“ erit: mundana docere; ut ergo κόσμος mutetur in adjectivum. Manet autem illa ipsa idea, ut mundana sint aliena a vera religione, contraria isti. Ad illustrandum loquendi modum cf. Joann. III. 31. ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ „terrena docet, res terrenas tradit.“ Ibi autem res terrenae sunt, quae cadunt in hominum intelligentiam, quae cognosci possunt ab hominibus.

V, 6. „Nos vero a Deo edocti sumus. Qui ipse adeptus est hanc scientiam, audit nos cum assensu; qui de-

*fiturus illa est, nos quoque repudiat. Hoc signo veros a falsis doctoribus discernimus.*“

ἡμῖς ad Apostolos, eorum collegas et veros verae religionis doctores referri poterit. ἐκ του θεου ἴσμεν „adepti sumus divinam illam institutionem, a Deo edocti sumus religionis scientiam.“ cf. Mori Dissertat. Vol. I. pag. 75. Huic autem nonne opponitur is, qui nescit, aut repudiat illam doctrinam? Ergo ὁ ἂν ἐκ του κοσμου erit, qui non adeptus est Dei illam institutionem, aut qui repudiat doctrinam divinam. πνευμα της ἀληθειας „doctor verae religionis.“ πνευμα της πλανευα, „doctor falsus“

### Excursus ad v. 3.

Pro verbis ὁ μη ὁμολογεῖ legunt alii ὁ λυει, sive ὁ καταλυει „omnis spiritus, qui solvit Jesum“ Nostra illa lectio: ὁ μη ὁμολογεῖ, exstat in Manuscriptis Graecis propemodum omnibus; porro Syriaca Versio duplex, prior et posterior, habet haec ipsa „qui non confitetur;“ est et sane prior illa perantiqua, secundū haud dubie seculi. Exstat quoque epistola Polycarpi, quem discipulum adeo Joannis evangelistae prisca historia commemorat. Ista epistola scripta est ad Philippenfes ac genuina est; ibi §. 7. leguntur haec: πας, ὁς ἂν μη ὁμολογεῖ, Ἰησουν χριστον ἐν σαρκι ἐληλυθεναι, ἀντιχριστος ἐστι. Libellus iste reperitur in Ittigii bibliotheca Patrum Apostolicorum pag. 578. Alter locus est Tertulliani, seculi secundi scriptoris, in libro de Carne cap. 24., ubi haec leguntur: qui negat, Christum in carnem venisse, est antichristus. Haec ergo sunt testimonia pro ista lectione, perantiqua illa et multa. Lectio altera ὁ καταλυει reperitur in Vulgata Versione, etiam in scriptis Latinorum Patrum

trum, qui sequuntur suam illam Versionem Latinam. De Patribus *cf. Millius in N. T. ad h. l., vel Sabatierius in Bibliis Latinis ad h. l.* Proferunt autem Patres hanc suam lectionem vel sic, ut solam eam ponant, vel sic, ut cum Graeca nostra jungant. Ergo haec est mera explicatio, textui subinde addita. Nimirum verba illa. „ὁ μὴ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν χριστὸν“ interpretabantur sic: „καὶ καταλύει αὐτόν, qui Jesum Christum non confiteatur et eum solvit,“ licet explicatio ista multo sit obscurior. Utrumque reperitur in *Tertulian. L. V. contra Marcion. cap. 16. cf. Collectanea Sabatierii l. c.* Quid vero hoc est: καταλύει Ἰησοῦν, solvere Jesum? Dictionem istam non esse styli N. T., sponte apparet; tanto crebrior autem phrasis illa est in scriptoribus ecclesiasticis et quidem exprimens sententiam Cerinthi, ipsam Apostolorum aetatem assequentis. Statuit verò Cerinthus, discernendos ab se invicem esse Jesum Nazarenum, filium Josephi, fabri lignarii, et Christum, filium Dei, creatoris coeli atque terrae. Duos istos non fuisse unam eandemque personam, non fuisse unitos, duos esse plane diversos; Dei filium nempe per tres tantummodo annos Jesu, Josephi filio, adstitisse. Proinde Patres jam locuti ita sunt: *Cerinthus solvit Jesum, καταλύει Ἰησοῦν.* Quum igitur hoc in loco legeretur, esse quosdam doctores, qui non consiteantur, Jesum esse Messiam, dicebant Patres: id Cerinthus quoque facit et qui ejus sententiam probant. Hi enim negant id atque ita Jesum solvunt. Hinc orta est ista explicatio. *So wäre denn also die Lesart „καταλύει, solvit“ eine historische, aus den Meinungen und Streitigkeiten der damaligen Zeit hergenommene Erklärung der Worte: wer nicht bekennt.* Vix ergo dici potest lectio varians;

est enim adjecta explicatio. De illa Cerinthi sententia cf. *Iren. contra haeres. L. III. cap. 11.* E recentioribus *Lampe in Prolegomenis Comment. ad evang. Ioann. pag. 179. et Michaelis Introduct. in libros novi foederis §. 123.* Glossema istud detexit et declaravit perspicue *Semler in appendice ad Prolegomena N. T. Wetsteniana pag. 590. cf. Mori dissertat. Volum. I. pag. 191. in not.*

Redit nunc Ioannes ad locum de amandis aliis III. 23.

v. 7. „*Amemus nos invicem, Carissimi; amor enim divinae est originis et qui alios amat, Dei simillimus est et veram ejus cognitionem habet.*

ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ „*amor est originis divinae, die Liebe stammt von Gott*“ idque his de causis: primum, quia Deus doceri nos curavit, amandos esse alios; tum vero etiam, quod Deus exemplum amoris nobis praebuit et quotidie praebere pergit. *So sind wir von Gott belehrt; so geht er uns selbst mit seinem Beyspiele vor.* καὶ scilicet ὅτι, καὶ ὅτι πῶς. ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγεννητοῦ plane ut superiori Cap. „*Dei similis redditus est.*“ καὶ γινώσκεις τοῦ Θεοῦ „*atque ita veram Dei cognitionem habet.*“

v. 8. „*Qui non amat alios, non novit Deum, scilicet eum esse amorem.*“

ὅστις ἐγγὺς τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶν „*non novit Deum, quod sit ille amor.*“ ὅτι hic non est „*quia*“ sed „*quod.*“ Ceterum duo ista membra arctissime cohaerent, nec sunt disjungenda puncto.

Jam de natura veri amoris exponitur et quidem commemorantur duo, quae doceant, quid sit amare.

v. 9. „*Hoc modo autem Deus amorem suum erga nos declaravit, ut mitteret filium suum unigenitum ad homines, ut per eum felices redderemur.*“



ἵνα ζήσωμεν δι' αὐτοῦ „ut per eum felices redderemur“  
 amplissimo sensu; qua scientiam, virtutem, tranquillitatem, spem felicitatis ipsiusque possessionem. Eodem sensu amplo infra v. 14. Jesus dicitur σωτηρ τοῦ κόσμου.

V. 10. *In hoc autem est amor Dei erga nos, non quod nos amaveramus Deum, aut beneficia illi tribueramus, ut deberet nobis aliquid remunerari; sed quod sponte nos amavit et misit sponte filium, sacrificium expiatorium.*“

ἡ ἀγάπη scilicet „Dei amor erga homines.“ ἔστι ἐν τούτῳ „hac in re constat.“ αὐτος ἠγάπησεν ἡμᾶς „sponte Deus nos amavit, nos initium non feceramus.“ Ergo amor Dei inest facto et re: misit filium suum; deinde, prior nos amavit, sponte nobis obtulit ista beneficia es war eine thätige und zuvorkommende Liebe von Seiten Gottes. cf. Mori dissert. Vol. II pag. 95. ἵλασμεν πρὸς τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν est species illius beneficii: ut moretur peccatorum nostrorum causa.

V. 11. *Quum ergo Deus nos sic amaverit, nos quoque alios debemus amare.*“

ἄλληλοῦς ἀγάπην scilicet re et facto, tum vero etiam sponte succurrentes aliorum egestati. Utrumque enim in exemplo divini amoris erat.

Jam singulae proponuntur sententiae, quae non magnopere videntur inter se cohaerere; est tamen aliquid, quo ad unum quasi scopum referri possint. Commemorat scilicet documenta nostrae illius cum Deo conjunctionis.

V. 12. *Nemo Deum oculis cernere potest. Artamen si amemus nos invicem, documentum hoc est nos cum eo esse conjunctos et amorem nostrum in eum esse genuinum.*“

θεον οὐδεὶς πώποτε εἶδετο, „nemo unquam oculis Deum vidit, ut adeo non ita cum Deo conjuncti esse possimus, quemadmodum amici familiari consuetudine nectere et alere conjunctionem atque amicitiam solent. Sumus tamen conjuncti cum Deo. ἡ ἀγάπη αὐτου „amor noster erga Deum.“ τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν „genuinus est et talis, qualis esse debet,“ cf. supra ad II. 5. Sic ergo nos Deum, quem oculis non cernimus, tamen amamus genuinoque amore complectimur, si modo alios amemus atque faciamus id, quod fieri ille a nobis vult. Hoc enim ipso nostrum declaramus erga Deum amorem.

v. 13. „Porro et hoc documentum est, nos cum Deo esse conjunctissimos, quod per πνευμα suum dotes et beneficia nobis tribuit.“

Quamquam ergo non adstat praesens adspectabili modo, fruimur tamen ejus beneficiis, quae ipse nobis exhibet atque ita agnoscimus, nos cum Deo esse conjunctos. ἐκ του πνευματος αὐτου δέδωκεν ἡμῖν. πνευμα complectitur h. l. omnes illas dotes, quae dici πνευμα solent. ἐκ του πνευματος αὐτου „de doribus suis, de bonis suis particulam aliquam concessit nobis.“ De re ipsa cf. ad III. 24.

Jam sequitur argumentum tertium.

v. 14. „Rursus vidimus illud idem, quod nunc testimonio nostro confirmamus, Deum misisse filium, servatorem generi humano destinatum.“

καὶ ἡμῖς τε δεαμεθα „rursus nos vidimus oculis nostris.“ Quidnam? Idem, de quo testimonium se perhibere dicit, scilicet patrem misisse filium, servatorem mundi. Hunc ergo vidimus, cum eo versati quotidie sumus; certissimum igitur est nostrum hac de re testimonium. Similia legimus supra I. 1. 2. 3.

v. 15. „Qui assensu sibi vindicat, Jesum esse filium Dei, missum, ut servator generis humani esset, is cum Deo et Deus cum eo est conjunctus.“

ὁμολογεῖν „profiteri“ est hic suum facere, vindicare sibi assensu suo hoc beneficium; sic enim illud possideo ejusque particeps fio. ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ scilicet: missus hoc consilio, ut servator generis humani esset. Quod enim Apostoli testantur de Jesu et docent, id ego nunc profiteor; atqui testabatur Joannes, Jesum missum esse a Deo saluberrimo hominibus consilio. Idem ergo ego nunc profiteor atque assensu meo mihi vindico. ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μενεὶ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ „cum mutua mihi cum Deo intercedit conjunctio, fruor beneficiis a Deo per servatorem illum exhibitis et Deus confert in me et collocat ista beneficia.“

v. 16. „Ergo cognovimus et persuasum habemus ejus in nos amorem. Deus semper nos amat; maneat igitur in amore erga alios: sic similis Deo es, sic mutua cum Deo intercedit conjunctio.“

καὶ „ergo“ est enim conclusio: jam nos vidimus et testimonium de eo edidimus; ergo cognovimus et persuasum nobis habemus. τὴν ἀγάπην, ἣν ἔχει ὁ Θεὸς ἐν ἡμῶν missio illa servatoris certissimum est divini erga nos amoris documentum. ὁ Θεὸς ἀγαπῆ ἔσει „Deus nostri semper est amantissimus.“ καὶ ὁ μενὸν ἐν τῇ ἀγάπῃ qui ergo constans est et perseverat in amore erga alios; is cum Deo conjunctus et Dei similis est.“ cf. Mori epit. pag. 332.

Jam addit lucrum aliquod nostri illius erga Deum amoris.

v. 17. Hac similitudine cum Deo amor noster in Deum genuinus fit, atque adeo similitudo ista fiduciam nobis instillabit judicio extremo nosque ab omni metu liberos reddet.“

ἡ ἀγάπη μετ' ἡμῶν „amor, qui in nobis est, noster amor in Deum.“ Simile quid reperietur 2 Joann. 2. ἐν τούτῳ τελεδιώται „si eris talis, qualis Deus est, amor tuus erga Deum genuinus fit.“ h. e. omni metu Dei vacans; sic enim statim explicatur ἵνα „ut adeo“ consequens est. παύσησιν ἐχθῶμον „nihil nobis metuamus a Deo, omni metu Dei liberi simus.“ Ista fiducia proficiscitur inde: ὅτι καὶ θεὸς — ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ „weil wir ihm ähnlich sind, so wird uns das dereinst von aller Furcht befreuen, wir werden der Glückseligkeit mit Zuversicht entgegen gehen; denn wir waren Gott ähnlich“

Quae nunc sequuntur, e media vita quotidiana deprompta sunt et illustrandi causa addita.

v. 18. „Metus cum amore non potest constare; perfectus potius amor omnem excludit metum et metuens sibi a Deo non perfecte eum amat, quoniam metus animum ipsius excruciat.“

Φοβὸς οὐκ ἔστι ἐν τῇ ἀγάπῃ „qui alterum amat, is non meruit sibi ab illo.“ ὁ φόβος κολασίν ἔχει „metus habet cruciatum“ i. e. animum nostrum excruciat, sensu ingrato imbuir,

v. 19. „Nihil metuamus ab eo; ipse enim suum nobis amorem obtulit.“

ἀγαπῶμεν αὐτόν „sine metu bona omnia constanter a Deo expectemus.“ πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς ergo non odit nos, non est iratus nobis; cur ergo metuamus? Immo potius bona quaecunque sperare ab eo licet; *er kam uns ja selbst mit Liebe zuvor.* cf. supra v. 10.

v. 20. Si quis amare se Deum dicit, et tamen fratrem suum odio persequitur, hypocrita est. Qui enim alterum non amat, cuius tamen bona et incommoda oculis cernit,

quo quaeso modo Deum is amet, ad quem amandum interna tantum argumenta suppetunt?

ὁν ἐωρασε, „quem videt.“ Videt autem fratris sui bona, aut incommoda. Et bonis quidem illis ac virtutibus, quas conspiciamus in altero, commovetur animus ad ipsum amandum; incommodis vero, quibus alter premitur, excitatur in nobis misericordiae sensus, ut illi succurramus atque ita amoris nostri documenta exhibeamus. Haec igitur sunt, quae sensus externus confert ad alliciendum animum. ὁν οὐχ ἐωρασε. Dei bona oculis non cerno; incommoda non cadunt in eum. Ich kann seine Vorzüge nicht sehen und er bedarf meiner auf keine Weise. Was führt nun also zur Liebe zu Gott? Lauter Sachen, die nur gedacht werden müssen. Per interna tantum argumenta ciendus est amor erga Deum. πως δυναται ἀγαπᾶν Θεου; Wenn der sinnliche Eindruck nicht Gefühle der Liebe und des Mitleids in dir erwecken kann; wie wird wohl das, was blos gedacht werden muß, wie werden blos denkbare Gründe dich zur Zuneigung bewegen können? Hoc ergo est argumentum e rei natura ductum. Ad hoc accedit aliud:

V. 21. Praeterea disertum quoque habemus praeceptum, ut quisque Dei amans etiam fratrem suum amet.

καὶ „praeterea, praeter id, quod ipsa rei natura docet.“ Versus, qui nunc sequitur, arctissime cum hoc nostro cohaeret nec adeo debebat divelli.

## CAP. V.

V. 1. „Quicumque credit, Jesum esse Messiam, is carus Deo factus est; et quisquis amans patrem etiam liberos illius patris amare debet.

ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγενημένος. Id nunc non est „*Dei simili factus est*“ ut Cap III. Sermo enim ibi erat de agente vitam; nunc vero sermo est de credente et probante doctrinam de Jesu Messia. Unde praedicatum istud hujus subjecti spectandum est seorsim. Interpretemur ita: „*is carus Deo factus est, Deus hunc sibi carum habet*“ Ergo bona ab eo sperare et ubivis Deum ut patrem spectare potest. cf. Joann. I. 12. subjectum ibi est idem: *πιστευόντες*, praedicatum: *σὺν τῷ Θεῷ*, sive *γεγεννημένος ἐστὶ ἐκ Θεοῦ*, quod est idem. Galat. III. 26 *ὁ πιστεύων*. Jesum esse Messiam, est et fit hac sua *πίστις υἱὸς τοῦ Θεοῦ*, libertatem impetrat christianam. accipit bona multa et in posterum quoque fausta quaevis sperare a Deo potest Rom. VIII. 17. cum hac idea „*filium Dei esse*“ conjungitur haec „*frui ejus beneficiis*“, et v. 15. *πνεύματι υἱοθεσίας*, *der kindliche Sinn*, nihil sibi a Deo metuere. Itae igitur ideae, quae per omne N. T. dominantur, nec hic videntur deserendae: *er ist nun Gottes Liebling geworden; er kann und darf also von Gott Glückseligkeit hoffen, ja, er besitzt diese schon jetzt*. Argumentum, quod nunc sequitur, depromptum est ex ipsa re, e notione patris et filii. *ἀγαπᾷ καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ* „*qui habet bona per Deum, ei tu nolis mala immittere; qui potest a Deo bona sperare laeto animo, eum ne metu repleas; uti Deus erga liberos suos amantissime se gerit, ita tu quoque te geras erga istos*.“

V. 2. „*Sic ergo intelligimus, caros Deo a nobis esse amandos. Si vero Deus est amandus, ejus quoque praecepta observemus*.“

*ὅτι ἀγαπῶμεν* „*nos debere eos amare, daß wir sie lieben sollen*.“ cf. IV. 21. V. 1. in quo utroque loco

ἀγαπή est „debet amare.“ Ceterum post verbum Θεου punctum constituamus. τηρώμεν „observemus.“ Inter haec autem praecepta praecipuum haud dubie est de amandis aliis. cf. IV. 21.

v. 3. „Hac enim re continetur amor erga Deum, ut ejus praecepta servemus. Et ista Dei praecepta non sunt adeo difficilia.“

βαρύνει δὲ ἐστὶν. Causa adspargitur haec:

v. 4. „Quoniam quisque Deo carus facile vincit omnis generis malum et perversitatem. Fides nimirum nostra, Jesum esse Messiam, victoriae illius de malo morali causa est et adminiculum.“

ὅτι „quoniam“ reddit jam causam superioris propositionis: αἱ ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ βαρύνει δὲ ἐστὶν πᾶν το γένην μενόν ἐν Θεοῦ „quisquis Deo est carus, terrenum τοῦ Θεοῦ“ plane ut v. 1. νικᾷ τὸν κόσμον. κόσμος est hic perversitas moralis omnis. Spectatur enim h. l. ut impedimentum observationis praeceptorum Dei, ut aliquid, quod difficiles reddat divinas praeceptiones. Jam ergo ejusmodi carus Deo factus vincit omnis generis mala et impedimenta; est enim Deo carus, h. e. possidet enim vera bona, meliora bona. Quare facile ipsi est, contemnere opinata bona et minora, quae ad tempus tantum blandiuntur. Porro: est enim Deo carus, h. e. sperat bona etiam in posterum et sperat longe meliora. Proinde per hanc ipsam spem futurorum bonorum facile isti est, vincere atque negligere ea, quae vetita sunt ac noxia. Illa igitur propositio: „praecepta Dei non sunt difficilia,“ non dicitur per se et in universum, sed relate et cum certo respectu dicitur. Ibi nempe divina praecepta non sunt difficilia, ubi adsunt causae facilioris ipsorum

observationis. ἡ πίστις ἡμῶν ἐστὶν ἡ νίκη „fides nostra victoriae illius causa est et adminiculum.“ ἡ πίστις ἡμῶν. Quae nam ergo fides? Ea haud dubie, quae v. 1. describatur; πίστις de hac re, *Jesum esse Messiam, σωτηρος του κοσμου*. Ita quoque describitur v. 5. Persuasio igitur de hac re: *Jesum esse servatorem mihi datum, fit causa et adminiculum vincendae perversitatis. Quod quidem fit, dum cogito, Jesum datum nobis esse servatorem ea conditione, si peccata aversemur et sanctitati animi atque vitae unice studeamus.*

v. 5. „*Quis enim vincere potest impedimenta virtutis, nisi qui credit, Jesum esse Messiam?*

ὁ υἱὸς του θεου scilicet: missus nobis σωτηρ του κοσμου. cf. IV. 14. Haec duo enim invicem permittantur. Atque sic notio υἱου του θεου determinanda semper est et spectanda, ut parallela fiat illi alteri notioni σωτηρος του κοσμου, Messiae. Proinde non simpliciter in animo habenda est dogmatica propositio, *Jesum, υἱου του θεου, habere unam eandemque cum patre naturam. Vix enim tum foret adminiculum fugiendae vitiositatis, quod debet tamen fieri, ut patet ex omni ferie hujus loci.*

Institit nunc Joannes doctrinae de eodem Messia per se et docet, quibus argumentis nitatur ista persuasio. In hoc autem versu vix ultra interpretandi verisimilitudinem exsurgere licebit.

v. 6. „*Hic est ille legatus, a Deo nobis missus: qui quidem est talis per baptismum et per mortem ipsius cruentam, quippe in quo utroque servator generis humani declaratus est. Est ergo non simpliciter Jesus, sed Jesus Messias. Talis vero declaratus est non modo in baptismo, sed etiam in morte sua cruenta. Praeterea spiritus, qui hanc*



doctrinam de Jesu, servatore illo promisso, Apostolos et Christianos docuit, idem illud affirmat verumque est ejus testimonium; nam spiritus ille est veridicus.

ὁυτος „Jesús“ de quo antea dixerat. ὁ ἔλθων. Quoties legitur: ὁυτος ἐστὶν ὁ ἐρχόμενος, aut quaestio proponitur Jesu: esne tu ὁ ἐρχόμενος; dicitur ἐρχόμενος, ἔλθων κατ' ἐροχην: promissus ille, expectatus ille. cf. *Mori Dissertat. Vol. II. pag. 263. sq.* Pariter nunc ὁ ἔλθων ponitur κατ' ἐροχην: hic Jesús Nazarenus, qui homo inter nos versatus est, est is, quem Deus nobis destinavit σὼτηρα. cf. Joann. XI. 27. ubi conjunguntur ὁ χριστός, ὁ υἱός τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος. Post ἔλθων ponamus comma. Jam sequitur secunda hujus versus propositio: *de ἰδατος καὶ αἵματος*, quae sic est nectenda cum superiori „et quidem est per aquam et sanguinem“ Jam incipit obscuritas: nihil enim additur, quod tamquam ansam interpretandi apprehendamus. Semper manet ambiguum, quae maxime sententia verbis istis subjienda sit; et factum inde est, quod tot hujus loci explicationes fuerint prolatae. „Est ergo destinatus nobis ille servator per aquam et sanguinem.“ Quamquam vero ista verba per se nihil offerunt explicationis, tamen hoc est manifestum, αἷμα et ἰδατος hic commemorari, quoad aliquid testentur, quoad sine alicujus rei documenta. Nam v. 9. et 10. dicitur Deus per has res testari, et v. 6. conjunguntur hae res cum spiritu, qui spiritus et ipse testari dicitur. Quid autem per istas res confirmetur, id e ferie totius loci apparet; confirmatur nimirum hoc, *Jesum illum Nazarenum esse simul Messiam, Dei filium et servatorem humano generi destinatum.* cf. v. 9. ubi Deus dicitur per has res testari de filio suo et v. II. per eandem

res testari dicitur, se salutem per filium suum tribuere hominibus. Sic autem planum est, in *ἀιματι*, intelligendum esse toties dictum *ἀιματι* Ἰησοῦ Χριστοῦ, eo sensu, ut mors ejus cruenta spectetur. Atque est in aprico, hanc cruentam Jesu mortem docere, argumentum praebere, documentum dare, hunc, cruenta morte interentum, esse servatorem generis humani; siquidem ista ejus mors cruenta saluberrima generi humano esse per omne dicatur N. T. In *ὀδατι* autem videtur id intelligi posse, quod *Jesus, ministrante Joanne baptista suscepit aquae baptismum*, quippe in quo aquae baptismi editum sit illud ipsum testimonium de Jesu servatore, Dei filio. Ergo in hoc quoque baptismi est Dei declaratio. Quod autem nominatim ad hunc baptismum attinet, cf. Joann. I. 30. sq. 34. „per occasionem hujus baptismi, inquit Joannes baptista, *innovuit mihi, innovuit et aliis; igitur restor, hunc esse promissum illum, expectatum et missum nunc Dei filium*. Videtur ergo hoc inesse: *Dieser Jesus ist jener uns von Gott gesandte Messias, und ist es seiner Taufe und seines Todes wegen; aus seiner Taufe und aus seinem Tode erhellet es; er ist folglich wirklich Jesus, der Messias*. Duplici illo testimonio id comprobatur: *ὅτι ὀδατος καὶ τοῦ ἀιματος*. cf. Joann. V. 36. *ἐγὼ* ibi sunt *negotia, quae demandaverat pater filio*. Ea negotia sunt: docere homines, vitam pro hominibus deponere. Haec mandata peregit Jesus. Haec ergo ejus *ἐγὼ* sunt testimonium patris de filio. Igitur mors Jesu hic quoque appellatur Dei de Jesu testimonium. v. 37. Baptismo Joannis inauguratus est Jesus muneri docendi, quod erat nunc adeundum. In illo baptismi audiebatur vox: hunc audite! Ergo dedit ibi Deus testimonium de illo, docendi causa missio; quemad-

modum morte ipsius exhibuit testimonium de Jesu, pro salute generis humani moriente. *ὅτι ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῷ αἵματι* „est ille filius Dei non modo per baptismum suum, quia in baptismo talis est declaratus; sed est per baptismum et mortem suam; duplici modo talis est declaratus.“ Haec est ergo vis istius repetitionis: duo adsunt documenta in facto posita de hac re; tanto fortior esse debet vis persuasionis. Aliae aliorum sententiae super h. l. reperiuntur in *Wolffii Curis philologicis ad h. l.* Alii nimirum *ὕδωρ* et *αἷμα* de nostro intelligunt *baptismo et coena sacra*. Et concedendum sane est, verba per se posse huc referri; in utroque etiam sacramento confirmatur id, Jesum esse *σωτήρα του κόσμου*. Nam in eum baptizamur, ut in Dei filium et in coena sacra reminiscimur mortis Jesu, servatoris hominum. Sed alia argumenta ejus rei, Jesum esse Messiam, videntur praecedere debere, antequam valeat id: ergo in eum baptizor, ut in Dei filium; ergo in coena sacra recordor ejus, tanquam servatoris mei. Vis baptismi et coenae sacrae ponit alia argumenta doctrinae, Jesum esse Messiam. Quod vero haec verba intelligantur *de obedientia Christi*, quae in scholis dogmaticis *activa dicitur et passiva*, id sane in h. l. inopinatum prorsus videri debet. Quid enim quaeso est similitudinis inter virtutem Jesu omnem, in his terris demonstratam, et inter aquam? Dicunt, aquam esse signum puritatis; dicunt, animi puritatem esse virtutem. Haecenus bene! — Ergo virtus Christi, sive activa ejus obedientia, intelligi potest. Hoc tamen profecto est, res pro arbitrio componere; et ab aqua ad virtutem sane est magnus saltus. *καὶ το πνευμα ἐστὶ το μαρτυρον* „praeterea spiritus quoque est testis; etiam spiritus exhibet testimonium.“ *πνευ.*

μὴ intelligamus de spiritu, qui in Joannis evangelio dicitur testimonium perhibere de Jesu, vero Messia, non fraudatore. cf. Joann. XV. 26. XVI. 7. sqq. Spectandus autem erit spiritus ille, qua Apostolos et Christianos omnino omnes edocuit de Jesu, vero Messia; quippe quod sit hujus spiritus negotium, docere Apostolos et per eos alios quoque, Jesum esse verum Messiam. Ergo et spiritus per suam illam doctrinam edocuit terrarum orbem, esse hunc Dei filium, omnibus servatorem a Deo destinatum et missum.

*ὅτι το πνευμα ἐστὶν ἡ ἀλήθεια* „quia spiritus ille veritas est, testis est veridicus.“ Id quoque videtur referendum ad locos illos evangelii Joannei, ubi πνευμα τῆς ἀληθείας commemoratur. Quia ergo spiritus, hanc doctrinam propagans, veridicus est, refertur iste spiritus etiam ad testes de re, de qua alia jam exstant argumenta. *Die durch den Geist verbreitete Lehre bestärket das gleich'alls: er ist Jesus, mit dem Zunahmen Messias.* Sunt vero, qui in πνευματι intelligant miracula. Miracula tamen proprie non sunt argumenta ejus propositionis: Jesum esse Messiam. Aliis ista propositio indiget argumentis. *Hier ist die Rede von Beweisen für den wahren Inhalt eines Lehrsatzes.* Illud ὅτι autem in isto commate Lutherus vertit sic „quod spiritus verum sit, daß der Geist Wahrheit sey.“ Jam ergo quaeritur, quis sit ille spiritus, de quo istud testimonium exhibetur? Dicunt, πνευμα esse evangelium, doctrinam christianam ipsam. Estne quae hoc in loco objectum testimonii haec propositio: *Die evangelische Lehre ist wahr?* Imo potius: *Jesum esse servatorem, a Deo nobis concessum* Und wie könnte es auch wohl hernach heißen: *Die Dreyestimmen zusammen!* wenn sie von so ganz verschiedenen Objecten zeugen? Additur

ergo in hoc commate causa, cur Spiritus ille fit testis? Quae quidem causa est haec: *ἐστὶν ἡ ἀληθεια, ἐστὶν veridicus*; sic Jesus cum descripsit, *πνευμα της ἀληθειας*, sic promisit idem: *ὁδηγησει υ̅μας εἰς πασαν την ἀληθειαν*.

Jam id ipsum dijudicare scriptor incipit eo confilio, ut talis testimonii, a tribus perhibiti, tanto majorem vim esse ostendat. In hoc autem loco omit-tenda sunt verba *ἐν τῷ οὐρανῷ — ἐν τῇ γῆ*, ut adeo hic textus relinquatur: *ὅτι τρεις εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, το πνευ-μα, και το ὕδωρ, και το αἷμα. και οἱ τρεις εἰς το ἐν εἶπιν.*  
cf. *infra in Excursu.*

v. 7. 8. „*Scilicet tres sunt testimonium perhibentes, spiritus ille, baptismus et mors christi; atque hi tres invicem consentiunt.*“

Tres ergo exstant testes, de una eademque re testimonium exhibentes; tanto gravior erit istius testi-monii vis. *ὅτι „scilicet“* vult enim nunc explicare illius testimonii vim. *τρεις εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες* masculi-no genere. Arguantur in eo, praecessisse tamen vocabula generis neutrius, *ὕδωρ, αἷμα, πνευμα*, et haec vocabula non esse personarum nomina, sed re-rum; non posse ergo dici testes, tamquam de perso-nis fermo sit. Jam primum autem in tribus illis erat etiam *πνευμα, paracletus ille et veri doctor*, ut adeo ha-beamur ideam personae, quae testis dici possit. Dein-de estne quaeſo inusitatum, res abstractas, ut notio-nes *ὕδατος* et *αἱματος*, appellare talibus nominibus, quae proprie personis tantum conveniunt? Estne inusita-tum, coelum, sidera, res creatas omnes et quae-cunque tellus profert ac gignit, dicere praecones divinae majestatis? Et quis dubitet, ista omnia, aut varia illa vitae nostrae eventa appellare testes provi-

dentiae, amanti nos atque curantis? *ἕως το ἐν ἕσων* est hebraica syntaxis pro *ἕσων το ἐν ἕσων ἐν*, nec differunt istae formulae ab se invicem. Hebraica ista syntaxis est in notissimis illis: **הויה לבן, הויה לאב**; aut si rursus quaeratur verbum aliquod exprimens rem, non personam, cf. 1 Corinth. IV. 3. *ἕως ἑλαχιστον ἕσι, היה למעט*. Necessè igitur est, ut *consensio intelligatur testantium*. Qualia enim sunt subjecta, talia esse quoque debent praedicata. Unde *ἕσων ἕως το ἐν*, quod de testantibus illis praedicatur, nil aliud esse potest, quam *invicem eos consentire, conspirare eos intime in edendo testimonio*. Unitas essentiae, unitas naturae nullo unquam pacto poterit intelligi.

Jam ad alias argumentationes progreditur auctor.

v. 9. „*Si testimonia admittuntur ab hominibus perhibita, quanto magis admittenda erunt ea testimonia, quae a Deo perhibentur. Nimirum tribus illis testibus credere, est Deo credere.*“

*λαμβάνειν μαρτυρίαν τινος* est „*admittere alterius testimonium, approbare.*“ cf. Joann. III. 11. 32. Nec obscura argumentatio ipsa; sit enim a communi vita ad res, quae in vita communi non eveniunt, a minori ad majus, ab humanis rebus ad divinas. *ὅτι* „*nimirum*“ rursus est explicare incipientis. *ἢν μεμαρτυρηκε περι του υιου αυτου*. Scilicet in baptismo illo, quo Jesus muneri suo est inauguratus, cui tandem adscribitur illa vox, esse hunc audiendum, esse hunc Messiam et Dei filium, nisi Deo? Ergo ille baptizatus Christi per Joannem, qui habet adjunctum istud testimonium, Dei testimonium est. De morte Jesu idem supra vidimus e Joann. V. 36. Nimirum per mortem

mortem Christi testatus Deus est, velle se per Jesum humano generi salutem exhibere. Tandem *πνευμα*, si cogitetur spiritus sanctus, quem divinam personam dicimus et agnoscimus, sic quoque est Dei testimonium, quod spiritus edidit propagans religionem; vel si Deus pater intelligatur, nonne Deus misurus hunc spiritum dicitur? Quod ergo per hunc spiritum testatur Deus, id Dei testimonium recte dici potest.

V. IO. „*Qui credit, Christum esse missum generis humani servatorem, cognitum habet et tenet illud testimonium. Qui non fidem habet testimonio Dei, is declarat suo facto, Deum non vera testari et dicere.*“

ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ „*qui in filium Dei credit*“ de hac formula cf. ad V. II. ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ „*in animo habet istud testimonium*“ ergo cognitum habet, scit, novit, tenet. ὁ μὴ πιστεύων τῷ Θεῷ „*qui non fidem habet testimonio divino. Θεὸς ἢν πεποιήκει αὐτοῦ „facit Deum falsum, declarat suo facto, Deum non vera testari et dicere.*“ cf. supra ad I. IO. quamquam ibi alio sensu dicebatur.

V. II. „*Testimonii autem divini de filio haec est summa: Deum nobis aeternam felicitatem procuravisse et hanc felicitatem per filium ejus et propter eum contingere.*“

καὶ αὐτὴ ἐστὶν ἡ μαρτυρία „*testimonii hujus summa brevis haec est.*“ ἐδωκεν „*procuravit*“ nondum enim eam possidemus, sed expectamus adhuc. ἐν τῷ ὕψι αὐτοῦ ἐστὶν „*contingit exhibetur per eum et propter eum.*“ Jam quis ignorat, per omne N. T. hanc rem ita describi, unde toties dicitur χάρις τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ. Quod si haec est summa divini testimonii, πιστεύει τῷ Θεῷ, vel

E

πιστευσεν εἰς τὴν μαρτυρίαν τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ erit: die Wahrheit gelten lassen, Gott verschafft den Menschen ewiges Wohl und schenkt es ihnen durch Christum. Ergo πιστευσεν εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ erit: habere eum pro hoc, quem Deus servatorem humani generis esse voluit. Sic revolui- mur ad ideas, quae sunt in ipsis elementis religionis. cf. de hoc testimonio Dei de filio suo Mori dissertat.: Vol. II. pag. 159. sqq.

V. 12. „Qui sic admittit filium, is accipit felicitatem; qui non admittit, nec accipit felicitatem.“

ὁ ἔχων τὸν υἱόν, cf. ad II. 23. ἔχειν, εὐκ ἀγορεύσας, ὁμολογεῖν, haec synonyma ibi sunt. cf. porro Joann. III. 36. ubi opponuntur sibi ὁ πιστεύων et ὁ ἀπειθῶν. Secundum ergo comparatos istos locos ἔχειν τὸν υἱὸν erit ὁμολογεῖν τὸν υἱόν, πιστευσεν εἰς τὸν υἱόν. Ista vero omnia nonne ponunt, debere me notitiam ejus habere? Alias enim non possum profiteri Jesum, non possum credere in eum. Ergo: kennen, bekennen, für das annehmen, was er ist. Diese Redensart; „den Sohn haben“ gehört zu den zusammengesetzten, dem Johannes ganz eigenen Begriffen, und muß aus andern Stellen, wo entweder eine ähnliche Redensart vorkommt, oder wo ein Gegensatz von dieser ist, oder auch aus dem, was vorausgesetzt werden muß, erklärt werden. cf. Mori dissertat.: Vol. I. pag. 78.

Omnis hic locus de testimonio baptismi et mortis Jesu scriptus est contra hos, qui non credebant, Jesum esse Messiam. Accedit historica hujus loci interpretatio, dum nempe Joannes voluisse Cerinthum refutare dicitur. Is enim, historia teste, docuisse fertur, Jesum, Mariae filium, in baptismo demum suo accepisse auxilium et adissentiam illius, qui



dicatur *λογος, χριστος, υιος Θεου*. Proinde Jesum in baptismo suo factum demum esse *λογον, χριστον, υιον Θεου*, talem vero mansisse tantummodo per integrum, quo docuit, triennium; et quum ille Jesus deinde traderetur morti, defuisse illi adesse atque adstiteri *λογον, χριστον, υιον Θεου* et ab eo rursus recessisse ad Deum. Testis in hac re classicus est *Irenaeus in lib. ad IV, 3. cizato*. Quod etsi ita est, teste historia, dubium tamen relinquitur, utrum Cerinthus vixerit jam Joannis tempore, an secundo demum seculo. Si posterior ratio vera est, dici Joannes nequit adversus Cerinthum scripsisse. — Quaecumque autem sit, hoc tamen apparet, jam ante Cerinthum tales exstitisse errores, quos hic Joannes dicatur respicere. Quodsi iste locus talibus vere oppositus est erroribus, sensus ejus animo ita debet concipi: *Jesum non modo tum, cum baptizatus est, censendum esse Christum, sed tum quoque, ubi morti se obrulit*. Et si vel maxime simul contra certos quosdam scripsit Joannes, res tamen et sensus manet in universum idem: *baptisimum et mortem Christi habere vim testimonii de hac re, Jesum esse Messiam et Dei filium*. De sententia Cerinthi et illa dubitatione, an Joannis tempore jam vixerit, legatur *Mosheimius in Commentariis de rebus Christianorum ante Constantinum M. pag. 196*. Quod attinet ad historicam imprimis interpretationem hujus loci, cf. *Vieringa SS. Obs. V. 12. Michaelis Introductio in libros N. Foed. et Storr über den Zweck des Evangeliums und der Briefe Johannis S. 20. ff.*

## Excursus ad v. 7. et 8.

Objectum omnis super h. l. quaestionis sunt verba: ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, ὁ λόγος καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ οὗτοι ἄλλοι ἐν ἑστί. καὶ τρεῖς ἑστί ὁ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῆ. Quaeritur enim, verba ista sintne genuina, necne? Jam primum autem monendum est, si vel maxime omnia ista verba genuina essent, tamen inde non posse peti argumentum pro Trinitate, h. e. argumentum dogmatis illius, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum habere communem eandemque essentiam. Sermo enim h. l. est de testium consensu. Quo igitur sensu εἶναι ἑστί το ἐν dicitur de baptismo et morte Christi et de spiritu paraclito, propagante religionem; eodem capienda esset ista formula εἶναι ἑστί το ἐν de Patre, Filio et Spiritu Sancto. Id Veteres quoque agnoverunt. Exstat enim libellus aliquis Cypriani de ecclesiae unitate; h. e. de ecclesiae concordia in statuendo et vita agenda; quam unitatem concludit ex eo, quod isti tres testes concordēs sint.

Hoc ita praemisso, primum est, conferre *libros Graecos scriptos*, habeantne haec verba, necne? Hic vero confectum jam est inter omnes, nullum exstare ullius pretii Codicem Graecum, in quo verba ista legantur; et est inane ac merae incitiae, dicere, tamen Codices quosdam esse, qui haec ita habeant. Id non modo ab *Erasmo* inde usque ad *Bengelium* saepe est declaratum, verum et post haec tempora. Interdum excipere solebant, si tales Codices reperti nondum essent, olim tamen repertum iri. Verum non sunt reperti; imo potius qui sunt postea reperti, carnerunt omnes isto dicto. *Worstenius*, *Matthaei* et alii

multos compararunt Codices, quorum tamen nullus habuit istud dictum. Superiori anno prodiit editio *N. T. Vindobonensis*, Tomis duobus, editore Altero, Professore *Vindobonensi*; e qua editione apparet, Codices omnes, qui sunt in bibliotheca *Vindobonensi*, hoc dicto esse destitutos. Ceterum inspiciatur *Bengelii Apparatus Criticus pag. 478 et 455*, quo loco posteriore satis severe admonet, in tanta re non esse nitendum translatis rumusculis, quippe qui non sint testimonia. Qui sunt ergo translatis isti rumusculi? h. e. qui Codices nominari solent, in quibus exstet hic locus? Est ergo aliquis, *Ravianus* cognomine, exstans in bibliotheca regia *Berolinensi*, quem *Ravius*, *Upsalensis quondam Professor*, magno pretio vendidit ad *Berolinensem* bibliothecam. Sed deceptus ipse decepit rursus alios. Liber enim iste recentissimus est et descriptus ex editione *N. T. Complutensi*. Id pluribus ostenderunt *la Brosse*, *Bibliothecarius quondam Berolinensis*, *Sackius*, *verbi divini minister Berolinensis et Pappelbaum* in libro, qui inscribitur: *Beschreibung der Ravischen Handschrift des N. T. Berol. 1785*. Quae vero certa nunc sunt de hoc Codice et confecta, ea indicant, locum istum legi quidem in illo Codice (et legitur in editione *Complutensi*); sed Codicem esse nullius pretii et apographum editionis *Complutensis*. cf. *Semleri historische und critische Sammlungen über die sogenannten Beweistellen der Dogmatik. Th. I. S. 313. Wetstenii Prolegomena in N. T. pag. 154. edit. Halens. Michaelis Introductio in N. Foed. libros, in praef. Part. I. pag. 18*. Quum vero Tomus ille extremus *bibliorum Complutensium*, in quo exstant haec verba, asservetur in bibliotheca *Senatoria Lipsiensi*, dicunt plerumque, editores *Complutenses* recepisse hunc

textum e Codicibus; quod sane speciosum est, tamen non habet se ita. Novimus enim omnes eos Codices, e quibus facta est Complutensis editio; horum tamen nullus exhibet haec verba. Nominatur porro alius Codex, cognomine *Montfortianus* sive *Dubliniensis*, in quo et ipso hic locus legatur. Verum iste quoque Codex recentior est typographiae iuventione, ergo et ipse factus per fallaciam, ut saepe tum fingi solebant. cf. *Westenii Prolegomena* pag. 124. ubi nota *Semleri legenda est, et Brunsius in Repertorio Eichhorniano Par. III.* pag. 258. ubi hic locus ex isto Codice aeri incisus exhibetur, ut quisque iudicare possit, quam recens sit ille Codex. Multus etiam sermo est de quodam Codice *Britannico*, e quo *Erasmus* in tertiam editionem N. T. se intulisse hunc locum dicit. In prima enim et secunda deest. Jam primum autem ipse *Erasmus* non vidit hunc Codicem; dicit tantum, reperta in eo esse ista verba. Deinde ipse *Erasmus* fuerat in Anglia ac ea aetate nihil de Codice isto viderat et audiverat. Tertio agnoscit ipse, Codicem istum correctum esse ad Vulgatam Versionem. Tandem nemo in Britannia post *Erasnum* vidit hunc Codicem. Videtur ergo Codex iste *Britannicus* idem esse ille *Dubliniensis* sive *Montfortianus*. Quoniam vero *Erasmus* dictum hoc omiserat in prima et secunda editione N. T., inter clamatores fuit aliquis *Seneca*, qui scripsit adversus *Erasnum* eumque carpsit, dicens: in nostris Codicibus Graecis, quibus nos, editores Complutenses, usi sumus, est in h. l. corruptio; (ibi enim verba ista non legebantur) sed in *Versione Latina* veritas est. Sic ergo e *Versione Latina* fecerunt ista verba et in suam receperunt editionem. De hac re adeundus est *Semlerus in illa Sylloge classicorum locorum* pag. 44.

Jam de duabus illis Versionibus antiquissimis, Syriaca utraque et Vulgata, dicendum erit, quum sit utriusque auctoritas in talibus rebus non parva ob ipsam earum antiquitatem. De Versione Syriaca antiquiore, quae et prior aut simplex dicitur, res est brevis; ab illa enim absunt haec verba haud dubie, sive libri ejus manuscripti spectentur, sive primae illius editiones. Ergo non debemus perturbari, si dicatur hic locus exstare in nonnullis Versionis istius editionibus. Exstat nimirum in *Gurbiriana* illa et in *Schaafiana*. Sed *Schaafius* in lectionibus variis, calci editionis adjectis, diserte dicit: *ego et Gurbirius haec verba in textu posuimus e notis Tremellii*. Nam *Tremellius* fecit hunc versum Syriacum et ex ejus notis venit deinde in editiones nonnullas. Ipse ille *Schaafius* indicat e contrario, Codices et editiones primas istius Versionis carere hoc dicto. Estat vero et alia Versio *N. T. Syriaca* paullo recentior, *posterior aut Philoxeniana* dicta; nec haec habet illa verba, ut nemo dubitat. Proinde antiquum illud argumentum nihil profus adfert ad defendenda ista verba, imo vero ad repudianda et omit-tenda. *Vulgata versio*, ut nunc est, utique continet haec verba, quod quaelibet hujus Versionis editio indicat. Sed qualis illa olim fuit? An tum quoque illa verba continuuit? At vero in aprico est, quo est Codex aliquis hujus Versionis antiquior, eo minus habere eum haec verba. Adfert *Sabatierius in Bibliis Latinis ad h. l.* Codicem aliquem ante mille annos scriptum, a quo verba illa profus absunt. Ipse *Millius et Bengel* dicunt, ab antiqua hujus Versionis recensione non posse peti argumentum verborum istorum defendendorum, cf. *Millius in Prolegomen. ad N. T. §. 1320*. Quomodo autem posthaec reperiuntur

verba ista in *Vulgata Versione*? Vel posita in margine, vel posita post versum nostrum octavum; ut ergo sensus sit: *sciri tres sunt, qui testantur in coelo*. Omitimus varietates alias in verbis singulis; hoc tamen adjiciendum est, cum ponitur uterque versus, ibi semel tantum addi: *hi tres unum sunt*. Apparet ergo ex his et concluditur, a nono inde demum seculo, ergo a *Caroli Calvi* aetate, *Latinam illam Versionem constanter haec verba exhibuisse*; antea aut non habet, aut inconstanter et multiplici cum varietate. cf. *Millius in notis ad h. l. textui subiectis, aut Semleri sylloge pag. 222*.

Jam de *Patribus* quoque *antiquissimis* monendum erit. Cum vero de his dicitur, sufficit dicere de iis, qui secundo, tertio et quarto seculo vixerunt. Nam quinto seculo *Latini Patres* saepius utuntur hoc loco; de his igitur nunc non est sermo. Nullus autem Pater Graecus Latinusve priorum istorum seculorum vel laudat hunc locum integrum, vel utitur isto loco, nec ad docendum, nec ad disputandum. Ad docendum: tres illas personas communis esse naturae et essentiae; ad disputandum, nimirum contra eos, qui hoc negabant. Quod sane non est leve; quamquam est argumentum a silentio ductum. In tanto enim controversiarum ardore mirum profecto est, neminem contra adversarios hoc loco usum fuisse, quo tamen optime eos potuisset vincere. Seorsim nunc de *Augustino, Tertulliano, Cypriano et Hieronymo* dicendum erit, quia horum loci palmarii sunt. Scripsit *Augustinus contra Maximinum*, cujus libelli Cap. 22. ostendere vult, Spiritum Sanctum esse Deum. Quod quidem ita ostendit, ut proferat locum e Joann. X. 36. ubi Christus dicit: *ego et pater unum sumus*. Hic nihil est de Spiritu ejusque divinitate; ergo assumit

nostrum locum *de tribus testibus, spiritu, aqua et sanguine* et dicit, esse haec sacramenta, h. e. significari per haec aliud quid: nimirum *πνευμα* significare Patrem, *αqua* Filium, *σδω* Spiritum Sanctum. Jam de his tribus, quos ille per allegoriam interpretatur de Trinitate, exstare scriptum: *hi tres unum sunt*. Ita ergo concludit, Spiritum esse Deum. Haec igitur est ejus ratio, et manifestum profecto est, virum illum non legisse verbum septimum. Cur enim tantopere se torquet in allegorica illa commatis octavi explicatione? Non apparet igitur, cum qua vel specie dici *Augustinus* possit hunc locum legisse; imo vero miras ambages circuit, ut reperiat id, quod statim fuisset reperturus, si locum istum vere legisset. Illa autem *Augustini* explicatio a multis posthaec probata est ita, ut repetierint inde argumentum pro Spiritus Sancti divinitate. Valuit nempe *Augustini* auctoritas imprimis per *Ambrosium*, qui ipse *Augustini* aequalis erat. cf. *super hac re Millii et Sabatierii notae ad h. l.* Jam de *Tertuliano*, qui in libello *contra Praxeam* Cap. 25. ostendere vult doctrinam de Trinitate hoc modo, ut incipiat a Joann. XVI. 14. *der Geist wirds von dem meinigen nehmen und euch verkündigen; alles, was der Vater hat, das ist mein*. Ex h. l. concludit: ergo horum trium est aliquis nexus, ut vel ob hunc nexum hi tres unum sint, uti Christus Joann. X. 30. dicit: *ego et Pater unum sumus*. Basis est in eo: *sumet de meo*. Hic ergo vir vix legit istum locum. sed aliunde omnia colligit, ut efficiat id, quod efficere vult. Nunc de *Hieronymo* monendum erit. Exstat nimirum *prologus aliquis in septem epistolas catholicas*, qui plerumque nominatur *Hieronymi prologus*. Insunt autem res *Hieronymi* tempore recentiores, ut ergo per historiam ipsam

non possit *Hieronimus* auctor ejus dici. Testimonium igitur ex isto prologo petitum non est *Hieronimi*, sed recentioris alicujus incerti. Inest autem hoc: *Latinas Versiones, quum careant hoc dicto, corruptas esse; quum e contrario in libris Graecis verba ista omnia legantur.* Ergo quo tempore scriptus est ille prologus, eo non exstabant haec verba in *Versione Vulgata*. Exstabant autem in *Graecis*. At, bone Deus! tota historia reclamat. Ita profecto *Hieronimus* scribere non potuit; erat enim aequalis *Augustini*, qui hunc omnem locum penitus ignorat. Praeterea *Hieronimus* in genuinis Operibus nusquam usus est hoc loco. Ergo *Millius et Bengel*, quamquam illa verba defendunt, tamen hoc argumentum repudiant. cf. *Bengel in Appar. Crit. pag. 471. Semleri Sylloge pag. 217.* Sic restat *Cyprianus*, cujus testimonio nituntur omnes, qui hunc locum defendunt et, ceteris omnibus argumentis repudiatis, id unum tenent, si non ad evidentiam, tamen ad verisimilitudinem. Locus ipse in libro *Cypriani de unitate ecclesiae* reperitur pag. 398. edit. *Vener.* 1728. Commendare autem vult auctor unitatem in credendo et vivendo commendatque argumento duplici: *dicis dominus* (Joann. X. 30.) *ego et pater unum sumus*, unde nos quoque id imitari debemus; et iterum *de patre, filio et spiritu* scriptum est: *tres sunt unum*. Verba ista „*tres sunt unum*“ e I Joannis epistola petita esse, quis neget? Leguntur enim I Joann. V. 8. Jam autem locum integrum *Cyprianus* non profert; quum ergo dicat, scriptum id esse de Patre, Filio et Spiritu, nonne potuit e sua explanatione versus octavi id dicere, quum multi alii hoc comma de Trinitate fuerint interpretati? Est sane non utramque partem possibilitas, et est hic quisque



fuo sensui et iudicio permittendus. Concedamus ad tempus, *Cyprianum* legisse haec verba in suis libris; tamen versamur in re in facto posita; nemo alius, vel Graecus, vel Latinus, haec verba vidit, legit, recitavit; unus homo per quatuor secula scripsit aliquid, unde suspicari liceat, eum sic legisse. Haec evidentiam quidem non efficiunt, gignunt tamen verisimilitudinem haud parvam. Unus ergo ille *Cyprianus* locus continet speciem aliquam dicti hujus a viro isto cogniti et lecti, tamen et hoc incertum est. Sequitur ergo ex isto loco, *seculo tertio in Latinis Versionibus passim videri verba illa adfuisse*; verum hoc parum est nec conficit totam rem.

Quae restant, paucis comprehendere poterunt. Primum hoc esto, *post quartum seculum, quinto extremo, occurrere manifesta lecti hujus loci vestigia*; unde etiam rei istius examen omne ad priora quatuor secula pertinet. cf. *Griesbach in nota ad h. l. Vigilii Thapsensis* primus omnium fuit, qui aperte haec verba recitaret; is vero fuit extremi quinti seculi scriptor. Uti vero nunc illa verba in editionibus N. T. leguntur, ita non fuerunt in primis editionibus, nec in Complutensi, aut *Erasmii* tertia. Etsi enim ad summam totius loci idem fere textus exstabat, tamen non erat hic ordo, nec singula syllabatim sic legebantur. Verum ut nos locum nunc legimus, ita reperitur in *actis concilii Lateranensis, quod sec. XIII. anno 15 habitum est*. Quae quidem acta, etsi sunt Latine scripta, versa tamen sunt in Graecum sermonem atque ita ibi haec verba exhibent, ut ea nunc syllabatim legimus in nostris editionibus. cf. *Semleri Sylloge pag. 174. sqq.* Qui defendunt hunc locum, student ostendere, quo tandem modo tot in libris antiquis, Versioni-

bus et Patrum scriptis dictum istud omitti potuerit. Causam ergo hanc commemorant, *per Arianos haereticos dictum fuisse corruptum*, quippe qui in quaestione de Trinitate suam secuti sint sententiam. Sed hoc ne simulacrum quidem est probabilis rei istius explanationis. Nam qui demum fieri potuerit, ut id nemo opponeret Arianis, nemo exprobraret eos, praesertim in tanta severitate, qua inde a concilio Nicaeno pugnatum est contra Arianos? Et quamquam posthaec, qui dicuntur haeretici, immutarunt interdum lectiones, tamen id non habuit hanc vim, ut talis lectio ab haereticis corrupta in omnibus statim Codicibus, Versionibus ac Patribus mutaretur. Hoc potius est nihil explicare, quam ostendere modum, quo subinde dictum illud evanuerit. De ipso modo, quo dictum hoc fuerit omisium, proponunt etiam id: *propter disciplinam arcanam*. Quid fuit ergo disciplina arcana in veteri ecclesia? Nimirum *quod dogmata nonnulla, praesertim de mysteriis, tironibus et catechumenis non tradebantur*. Propter hanc igitur arcanam, quae dicitur, disciplinam evenisse, ut verba haec subinde omitterentur; et multus est *Bengel in Appar. Crit. pag. 473.* ut argumentum istud exornet, usus *Chrysoctomi* aliquo loco, in quo dicit, *solere catechumenis ab initio non proponi doctrinam de Trinitate*. Atenimvero, etsi fuit haec ratio erudiendi tirones, tamen id non habuit hanc vim, ut Codices adeo mutilarentur catechumenorum causa et dicta talia de mysteriis omitterentur in Codicibus. Longe aliud profecto est, ostendere, quomodo in erudiendis tironibus versati fuerint veteres, et qualis fuerit Codicum ratio. Ac si verum esset illud, multa fuissent omittenda. Ab ista igitur arcana disciplina concludi numquam pote-

rit: hinc ergo Codices sunt mutilati. Confunditur methodus erudiendi tirones et id, quod de textu erat dispiciendum. cf. *Richard. Simon. historia critica N. T. Cap. XVIII. et historia critica Versionum N. T. Cap. IX.* qui scriptor inter primos post *Erasum* accuratius differere de hoc loco coepit. Inter tempora enim *Erasmii* et *Richardii Simonis* id fere actum fuit, ut locus iste defenderetur, idque argumentis ut plurimum non fatis commodis. Tempore vero *Rich. Sim.* nefas propemodum censebatur, de hoc loco dubitare. Super methodo defendendi hunc locum cf. *Keitneri historia dicti Joannei de Trinitate Francof. 1713.* Multo meliorem defendendi h. l. viam ingressi sunt *Millius* et *Bengel*, quibus se recentioribus temporibus adsociarunt *Schmid* in *historia Canonis V. et N. T. pag. 346.* et biennio abhinc *Knitel*, *Superius*, *Brunsvic.* in libro, qui inscribitur: *Neue Critiken über den Spruch: drey sind die da zeugen. Brunsvic. 1786.* Tandem per occasionem disputationum de h. l. inter viginti hos annos accessoria quaedam tractata est disputatio, de *editione Complutensi* ejusque pretio et scripti sunt libri ea de re a *Semlero*, b. *Goetzio*, *Hamburgensi* quondam *Seniori* et a *Kiefero*, *Profess. et Rect. Lycei Sarapontini*, consentientibus *Semlero* et *Kiefero*, dissentiente *Goetzio*.

V. 13. „Haec scripsi vobis, quibus persussum est, Jesum esse filium Dei, servatorem generis humani, ut scia-  
tis, vos accepturos esse aeternam felicitatem et ut pergatis  
credere in istum Dei filium.“

V. 14. „Atque hac ipsa re nititur firmitas nostrae  
spei, illum preces nostras esse exaudienturum, si precamur

sic, uti ille nos docuit, nimirum ut omnia divinae voluntati  
*relinquamus et convenienter isti ejus voluntati precemur.*“

ὡς ἐστὶν ἡ παραρτήσις „*hac ipsa re nititur firmitas  
 nostrae spei.*“ Quanam? Ea nimirum, de qua dixerat  
 antea, nos admittere cum assensu illum Dei filium  
 et ab hoc salutem nostram expectare. *κατὰ τὸ θελημα  
 αὐτοῦ* „*convenienter ejus voluntati, juxta ejus voluntatem.*“  
 Quenam ergo insunt in hoc? Primum, ut sit volun-  
 tas ejus *ejus praescriptio*, tamquam cum facimus ali-  
 quid juxta ejus voluntatem, h. e. *quia ille praescripsit*,  
 Deinde ubi nos de natura et indole precum edocuit  
 Jesus, ibi declaravit, velle se, *eo nos modo precari,*  
*quo ipse nos edocuerit*; sit ergo sic convenienter ipsius  
 voluntati. Innumeris enim in locis ostendit ille, tali  
 cum fiducia preces esse faciendas. Tertio voluntas  
 Dei est et ea, *juxta quam regitur totum universum, der  
 Zweck Gottes bey seiner Weltregierung, ea voluntas, cui  
 subsunt eandem omnia et quae mutari nequit.* Ergo *juxta  
 voluntatem Dei precari est, precari aliquid scilicet, si conveniat  
 cum aeterna Dei voluntate.* Et nonne discimus id a  
 puero inde, nos cum hac conditione precari debere? Praeterea  
 exstat quoque Christi ipsius exemplum, ro-  
 gantis, ut, si fieri possit, ne sibi opus sit, bibere  
 hunc calicem; additur tamen: *at non mea, sed tua  
 fiat voluntas; regere Du, wie Du willst.* Putem etiam,  
 cum in oratione dominica leguntur illa verba: *γενήθη-  
 τω τὸ θελημα σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς*, inesse idem:  
*per totum universum tua fiat voluntas, führe du deinen  
 Plan aus durch die ganze weite Schöpfung.* Hoc enim  
 in precando semper fundamenti loco poni debet.  
 Haec igitur de amplo sensu verborum *κατὰ τὸ θελημα  
 αὐτοῦ*. cf. *Mori epitome pagina 70. not. 8.*

v. 15. „*Et si hoc est verum, eum nos exaudire, verum est et hoc: nos habere res petitas ab illo nosque eas illi debere acceptas referre.*“

ἐὰν ἰδοῦμεν, εἰδοῦμεν si verum est illud, verum est et hoc; si illud certum est, hoc quoque non minus est certum.“  
 cf. supra ad II. 29. ἔχειν ἀιτηματα „habere preces.“ ἀιτηματα hic non sunt actus illi nostri precandi, preces ipsae, sed res, quas precando nobis experimus. Hoc enim sensu habeo meas preces, dum accipio rem precibus expetitam. Hoc quum scripisset ἔχομεν τα ἀιτηματα addit jam explicationem: ἃ ἤνικαμιν παρ' αὐτοῦ „id est id, quod petimus ab illo.“ Jam quis est nexus illorum: si verum est, Deum nos audire solere, verum est et hoc, nos habere acceptas istas preces ab illo? Habemus scilicet quia ille dedit, ipse auctor est agnoscendus; si quid habeo, Deus exaudiens mihi tribuit, habeo enim omnia a Deo. Possit ergo extremorum istorum verborum ea fieri periphrasis: so sind wir auch überzeuge, daß wir das Gebetene ihm zu verdanken haben.

Sequitur jam locus tractans diversa a superioribus, ut adeo nova hic incipiat sectio.

v. 16. „*Quodsi viderit quis Christianum aliquem patrare facinus non capitale, deprecetur pro illo apud hunc, quem laesit et sic ejus saluti consular. De iis loquor, qui non capitalia facinora committunt. Non nego, esse facinora capitalia, sed non loquor de his. Facinora capitalia magistratui sunt permittenda. Nolite ergo deprecari pro pessimis talibus hominibus, ne videamini hos ferre velle in coetu vestro.*“

Caput rei in omni hoc loco est, quaerere, quid sit ἀμαρτια προς θνατον. Hinc enim omnis pendet expli-

catio. Id videamus grammaticè, scilicet quid fuerit temporibus illis עוֹן מוֹת, ἀμαρτία πρὸς θάνατον. Dictum autem ita est capitale facinus, cui civitatis lege proposita erat poena capitalis, ut adeo verba ista habeant sensum civilem. Quem usum loquendi illustravit Schoetengen. horarv. hebr. Tom. I. ad h. l., Quod si erit o quis viderit τον ἀδικούντων αὐτον, Christianum aliquem, non ullum aliquem hominem, sed Christianum; si ergo viderit talem patrare facinus non capitale, ἀργύσει, deprecetur pro eo apud hunc, qui laesus est, apud coetum integrum, aut etiam apud magistratum, ut solemus unus pro altero deprecari. si quis facinus non capitale patriverit; et der ille ζώνη, vitam; non sensu physico, sermo enim est de homine, qui non capitale facinus commisit, quare tropice vitam alicui dare erit amplissimo sensu saluti alterius consulere. Id autem facio, dum pro eo deprecor, ita enim saluti ipsius consulere studeo. Jam addit: τοῖς ἀμαρτανουσι μὴ πρὸς θάνατον, „scilicet his, qui non capitalia facinora patrant;“ hoc imprimis urget, pro talibus unice esse deprecandum. ἐστὶν ἀμαρτία πρὸς θάνατον, „est facinus capitale“ non nego, esse etiam genera facinorum, quae capitalia sint. Sed οὐ περὶ ἐκείνης λέγω, „nolo intelligi mea verba de hoc“ ἵνα ἐρωτησῆ „ut pro tali deprecemur.“ Facinora capitalia magistratibus sunt permittenda, quae exempla edere solent poenarum publicarum. Fortasse hoc ita praecipit Joannes, pro ejusmodi pessimis hominibus non esse deprecandum, ne videatur Christiani in coetu suo ferre velie ejusmodi homines flagitiosos.

V. 12. „Omne peccatum malefactum est ideoque poena dignum. Sed est genus peccati, quod non capitali poena dignum sit.“

α. μ. 12.

*ἁμαρτία ἐστὶ* „peccatum est ideoque dignum malo, in-  
 commodo, poena.“ *καὶ ἐστὶν ἁμαρτία* „sed est etiam genus  
 peccatorum aliquod.“ *ὃν πρὸς θάνατον* „quae quidem pec-  
 cata non sunt capitalia facinora; es giebt doch aber auch  
 Sünden, die nun nicht gerade das Leben verwürken. Haec  
 sequuntur e notione verborum illorum: *ἁμαρτία πρὸς  
 θάνατον*. Jam vero peccatum ad mortem aliter dicitur  
 sensu dogmatico; ut plurimum appellant *peccata  
 mortalia, sive potius mortifera, letifera*. Notum vero  
 est, in communi vita saepe commemorari peccata  
 mortifera eo sensu, ut *gravia* intelligantur *peccata*.  
 In scholis autem mortiferum peccatum esse dicunt,  
 quod homini non remittitur; unde etiam *mortiferis pecca-  
 tis* opponi solent *peccata venalia*, quae remittuntur.  
 Haec definitio non eruta est ex ipsis verbis, sed per  
 merum arbitrium subjecta verbis istis. Jam quaeritur,  
 quanam sint peccata talia mortifera? Dicunt,  
 esse *peccata proaeretica*, h. e. quae cum animi propo-  
 sito patrantur. Unde venale peccatum describitur  
 ita: quod est per imbecillitatem ab homine jam  
 emendato commissum. Posuerunt etiam numerum  
 certum peccatorum mortiferorum; alii nimirum sep-  
 tem, alii decem commemorant. *cf. Dogmat. Theoll.*  
*omnes in articulo de peccatis actualibus*. Ob hanc verbi  
 ambiguitatem nonnulli intelligi voluerunt peccatum,  
 quod dicitur *peccatum in Sp. S.*, quippe de quo lega-  
 tur in evangeliiis, id homini non iri remissum. Id  
 posset concedi, si modo verum esset, *ἁμαρτίαν πρὸς  
 θάνατον* esse peccatum, quod homini non remittatur.  
 Nunc de illo quaeremus: *ὃν περὶ ἐκείνης λέγω, ἵνα ἐρω-  
 τησῃ*. Intelligitur autem hic deprecatio apud Deum.  
 Quis ergo tum provenit sensus? *Grave facinus si quis  
 commiserit, non est mea mens, ut pro illa deprecemur apud*

*Deum.*“ Quidni deprecemur pro illo? Alterum erat, peccata proaeretica intelligi debere; „de tali ergo peccato non dico, ut quis deprecetur.“ Utrique deprecemur! Porro si vel septem, vel decem mortifera numeremus peccata, in quibus est pigritia, odium, iracundia; rursus non apparet, cūr hoc scribatur. Sic intelligitur, adhibendam potius esse grammaticam illam notionem, ex qua ἑμαρτία προῦ δαυατον est capitale facinus, ut ergo sensus sit: de iis, qui capitale facinus pararunt, magistratum est judicare. Haec hujus loci explicatio proposita jam est in *Döderleinii Institut. Theol. Christ. Part. II. pag. 96. et in Turmani Theolog. Moral. pag. 53.*

v. 18. „Omnino quoque scimus, quemque Deo similem redditum in talia facinora capitalia non incidere. Sed ejusmodi homo cavet sibi a peccatis, et externa irritamenta, omne Satanae regnum, ipsi non nocent.“

ὁ γεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ cf. supra ad III. 9. τῆσδε ἑαυτοῦ „sibi cavet“ ergo homo talis non incidet in facinora capitalia. ὁ πονηρὸς Satanas cf. ad III. 8. 12. Spectatur autem nunc ut adversarius, ergο οὐκ ἀντεταί αὐτοῦ „non nocet illi, non tentabit eum, nec abducat huc, ut in ejusmodi facinora capitalia incidat.“

v. 19. „Scimus, nos Deo similes esse; omnes vero scelerate viventes merse facinoribus jacent.“

ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἔσμεν „nos Deo similes redditos esse“ phrasen enim εἶναι ἐκ Θεοῦ et γεννηθῆναι ἐκ Θεοῦ saepius permutantur in hac epistola. καὶ sed, quum contra.“ ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κείται „scelerati omnes merse facinoribus jacent.“

Versus, qui nunc sequitur, non est pars cohaerens cum superioribus, sed videtur esse admonitio



cogitanda per se spectansque eo, ut in unius veri Dei cultu persistere doceat hos, qui ad religionem christianam accesserant. Id inprimis apparet e ver-  
su hujus particulae ultimo. Ita vero haec veluti clausula totius libri est *κατανοησις* ad tenendum unius veri Dei cultum. Quisnam sit verus ille Deus, id duplici modo ostendit: partim est, quem Jesus colere nos docuit et quem secundum Christi doctrinam cog-  
nitum habemus, partim ille est, per quem sempiterna felicitas contingere potest et vere contingit, ut adeo in uno hoc et vero ponenda sit spes et ex-  
spectatio sempiternae felicitatis.

V. 20. Scimus porro, filium Dei venisse nobisque hanc intelligentiam largitum esse, ut cognoscereimus verum Deum. Itaque novimus Deum, colimus Deum et conjuncti cum eo sumus per filium ejus, Christum Jesum. Hic, quem Jesus docuit nos nosse et colere et quocum conjuncti sumus per filium ejus, — hic est verus Deus idemque auctor felici-  
tatis aeternae.<sup>6</sup>

V. 21. „Cavete igitur vobis, Carissimi, ab idolis.“

*δοξαι τω δειωταιν*, „dare alicui cogitationem“ est, facere ut aliquis cogitare hoc possit et cogitet, largiri alicui intelligentiam alicujus rei atque cognitionem. *τω αληθινω* scilicet Deo „verum Deum“ nam ita in fine hujus ver-  
sus diserte dicitur *ουτος εστιν ο αληθινος θεος*, nec labo-  
randum erit in idea veri Dei, si reputetur, opponi eum idolis. *καί* „itaque.“ *εσμεν εν τω αληθινω* formu-  
la ista saepius lecta est in hac epistola eo sensu, ut esset, Deum nosse, profiteri et colere, aut omnino con-  
junctum cum Deo esse. *εν τω διω* „per filium, qui hanc intelligentiam largitus nobis est. *ουτος* „ille, quem Jesus docuit nos nosse, profiteri atque colere.“ *καί η ζωη αιωνιος*

„idemque auctor sempiternae felicitatis.“ Alia loci istius explicandi ratio ea est, quae verba οὗτος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιος refert ad Jesum, ut adeo hic dicatur verus Deus esse et auctor sempiternae felicitatis. Separemus rem per se a ferie orationis. Dicitur Jesus et alibi Deus, ut Joann. I. 1. describitur et alibi sic, ut verus Deus sit, attributa enim divina ei adscribuntur; dicitur alibi quoque auctor et dator sempiternae felicitatis. Quod vero ad seriem orationis in nostro hoc loco attinet, fatendum sane est, merum arbitrium videri, distinguere filium a Deo, et deinde tamen filium dici illum Deum, a quo antea discernebatur filius. Discernitur autem patris et filii persona in primis verbis v. 20. Nunc, si verba ἔσμεν ἐν ἀληθειᾷ, οὗτος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς θεὸς explicantur de filio, ut sit „conjunctum esse cum filio, qui sit verus Deus“, non amplius discernuntur. Haec causa fuit, cur multi veterum locum istum ita fuerint interpretati, ut fecimus ab initio. Ceterum integrum hoc Caput quintum germanice est translatum a. b. *Straßburg* cum copiosis animadversionibus, quae quidem ejus versio exstat in *Reperitorio Eichhorniano Vol. XII. pag. 75.*

## PRAELECTIONES EXEGETICAE

IN

## ALTERAM JOANNIS EPISTOLAM.

## P R O O E M I U M.

**Q**uaeritur, quem maxime auctorem habeant epistola secunda et tertia? Quamquam enim de auctoris nomine non dissentitur, illud tamen ambiguum est: sitne Joannes Apostolus, an alius quidam Ioannes? Ut intelligatur Joannes Apostolus, primum facit dictionis harum epistolarum incredibilis similitudo cum prima epistola. Deinde permagna quoque est veterum testimoniorum copia pro Joanne Apostolo, quae collecta reperiuntur in *Schmidii historia Canonis V. et N. T. pag. 569.* E contrario Apostolum non esse harum epistolarum auctorem, sequi videtur hinc, quod nonnulli rursus ea de re dubitarunt. Id novimus e testimonio *Origenis*, quod in *Eusebii Histor. Eccles. L. VI. cap. 25.* exstat, continet tamen nihil, nisi hoc, dubitasse nonnullos de auctore. Cur vero dubitarint et quo jure? id non additur. Sed dissensisse eos, id rem non conficit. Illud paulo est speciosius, quod epistolae istae non sunt Syriacae factae in priori illa Versione. Verum fieri id hinc

potuit, quoniam non omnes confenserant ab initio de auctore, ut adeo qui scriberent illam versionem, libros hos, de quorum auctore adhuc dubitabatur, non una verterent. Exstat quidem epistola Joannis secunda et tertia Syriace in Versione N. T. Sed quae nunc legitur, ea est recentioris auctoris et recepta in libros editos, ne forte deessent istae epistolae. *cf. Waltonus in Prolegomenis bibliorum polyglottorum et Michaelis Introductio in N. Foed. libros S. 32.* Qui vero dubitarunt de auctore, Joanne Apostolo, hi quendam Joannem, dignitate presbyterum, auctorem esse existimant, de quo tamen nusquam exstat aliquid. Tota illa suspicio nata fortassis est ex salutationis formula. Ergo in neutram partem evidens factus fit de auctore harum epistolarum; illud alterum tamen, Apostolum non esse intelligendum, lubricis nitenti videtur argumentis.

V. 1. „Presbyter carissimae marronae ejusque liberis, quos ego vere et sincere amo, neque ego solus; sed omnes verae religionis sectatores,

V. 2. propter animi integritatem, quae in nobis est constans, nec unquam nos deseret, quaeque impellit nos, amare eam, quae dignissima est omnium amore;

V. 3. „utinam ergo propter integrum hunc amorem favor divinus, benevolentia et omnigena felicitas contingat vobis!

ὁ ἀποστόλος V. 1. Presbyteri nomen certae fuit inter Christianos auctoritatis, ut non tam aetatis, quam dignitatis nomen esset. Si ergo Joannes

Apostolus est auctor hujus epistolae, potuit sibi nomen hoc utique tribuere. Verum dum Apostolus aliquis dicit se presbyterum, non vult indicare, se certo aliquo munere ecclesiastico fungi, sed in universum hoc, *se muneri et negotio docendi operam dare* et pari jure posse se dici presbyterum, ut alii doctores appellantur presbyteri. Similiter Apostoli *Diaconos* se dicunt. Quis vero cogitet, ipsos *Diaconorum* ecclesiastico certo munere fungi? Indicant hoc nomine, se esse ministros verbi divini, *διακονους του λογου*. cf. 1 Petr. V. 1. Sic ergo commode Joannes Apostolus appellare se doctoris isto nomine potuit, estque hoc idem, ac si *διδασκαλον* se dixisset. Quibus vero haec ratio displicet, possunt *πρεσβυτερου* nomen non a dignitate, sed ab aetate dictum capere. Constat enim, Joannem Apostolum ad summam fuisse proVectum aetatem, ut adeo tum, quum daret has litteras, jam esset senex, *κυρια*. Hoc est nomen honorifice aliquam compellandi in vita communi, ut *κυριου* nomen; nec objici potest, illo tempore id non fuisse usitatum, aut illa aetate regum tantum reginarumque fuisse nomen dominorum dominarumve. Etenim historia multis in locis ostendit, nomen illud crebro jam tum usurpatum fuisse in vita communi. cf. *Wetstenii nota ad h. l. et Lipsius ad Taciti Annal. L. II. cap. 87. in Excursibus adjectis sub littera B.* Ita ergo necesse non est, habere hoc nomen pro proprio *Cyriae* nomine. *ἐκλεκτη* simpliciter indicat *dilectissimam, carissimam*, ut alibi in Paulinis epistolis *ἀγαπητη*. Primum enim v. 13. quid quaeso est *ἀδελφη ἐκλεκτη*, nisi *dilectissima soror*? tum patet id quoque e Rom. XVI. 13. ubi dicitur quis *ἐνλεκτος ἐν τῷ κυρίῳ*. Si vero hoc nomen ita late patuit, ut vel

in vita communi homo dilectus appellaretur *ἐκλεκτος*, transferamus id ad alios locos, ubi Christiani non in vita communi dicuntur *ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ*, *dilecti, cari Deo simpliciter*, ne forte dogmaticam notionem statim subijciamus de dei aliqua electione. Sic vero audienti profus non sunt, qui hanc *ἐκλεκτὴν κυρίαν* interpretari sustinuerunt mystice, h. e. qui *ecclesiam integram, sparsam illam per omnem terrarum orbem voluerunt intelligere*. Cui enim tandem bono? Aut quis illo tempore ecclesiam dixerit dominam, eam, quae subest ipsa *κυρία*, Christo? Numquam vero ad talia delapsi fuissent; nisi dogmaticis nimis inhaesissent. *ἐν ἀληθείᾳ*, *vere, ex animi sententia, toto animo et pectore.* “*οἱ ἐγνωκότες τὴν ἀληθείαν*, qui christianae religionis notitiam adepti sunt.“ v. 2. *διὰ τὴν ἀληθείαν* — *ἐἰς τὸν αἰῶνα* „*propter veritatem nostram integritatem, quae constans in nobis est nec unquam desinet.*“ v. 3. *ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἀγαπῇ* „*propter veritatem et amorem*“ h. e. *propter sinceritatem amoris, qui in vobis est et quo alios amplectimini.*“

v. 4. *Valde gavisus sum, quum reperirem liberos tuos recte viventes, quemadmodum pater nobis praecepit.*“

*περιπατουτας ἐν ἀληθείᾳ* „*vere, recte viventes, ut fieri debet, ut postulat doctrina christiana.*“ Sic et Hebraei dicunt „*judicare תמנכ, loqui תמנכ* h. e. *ita, uti fert officii sanctitas.*“

v. 5. „*Fam rogo te, ut ita pergas et tuos pergere cures. Dum autem haec scribo, non novam tibi praeceptionem scribo, sed repero tantum notissimam illam, ut nos invicem amemus.*“

*καὶ νῦν ἐρωτῶ σε* „*atque nunc etiam hortor te*“ scilicet *ut ita pergas ipsa atque etiam tuos pergere cures.*

ἀπ' ἀρχῆς „quae tibi jam dudum nota sunt, ea nunc repero tantum.“ cf. ad I Joann. II. 7.

v. 6. „Qui quidem amor talis est, ut virtuti operam demus. Haec est praeceptio de amore erga alios, quam ab initio audivistis.“

αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη qualis? Ille, de quo antea sermo erat; amor, quo nos invicem amamus, mutuus ille amor. ἵνα περιπατοῦμεν Liebe zu andern Menschen ist das, daß wir tugendhaft leben, hunc habet fructum et effectum. Sic supra αὕτη ἐστὶν ἡ παράκλησις et familia. ἐντολῆ „haec de amore erga alios praeceptio.“

v. 7. „Scilicet multi se immiscuerunt fraudatores christiano coetui, negantes, Jesum Christum hominem esse factum. Si ergo aliquis venit, nec haec fatetur, judicare, hunc esse fraudatorem.“

ὅτι „scilicet, nimirum“ vult enim addere causam aliam. οὗτος ἐστὶν ὁ πλανεὸς καὶ ὁ ἀντιχριστὸς scilicet ille, quem audivistis venturum esse. cf. ad I Joann. II. 18. sqq.

v. 8. „Cavete vobis, ne omnis nostra opera peritura sit, sed ut largam mercedem accipiamus.“

βλεπεῖν ἑαυτὸν idem est, quod I Joann. V. 16. φησὶν ἑαυτὸν, cavere sibi. ἵνα μὴ ἀπολεσώμεν τὰ ἐργασασαμένα hoc est, quod in proverbio dicitur, oleum et operam perdere, incassum laborare. Quam vero operam intelligat auctor, in promptu est, collocatam nimirum in discenda et exercenda religione. μισθὸς πλῆθους est merces larga atque copiosa.

v. 9. Quicumque desecit a doctrina Christi eamque deserit, Deum non colit. Contra qui persistit in ea doctrina, is et patrem et filium novit colitque.“

θεον οὐκ ἔχει non novit, profretur et colit Deum, conjunctus non est cum Deo.“ De hac formula saepe monitum est ad primam Joannis epistolam.

V. 10. Si quis venit ad vos alienus ab hac doctrina, nolite tali diuturnum praebere hospitium.

V. 11. „Qui ejusmodi hominem recipit in hospitium omni que commodorum genere cumulat, contrahit sibi ille maculam quandam.“

Χαιρεν τινι λεγειν spectandum non est per se solum, ubi est aliqua honoris significatio, in vita communi obvia. Dum enim ita spectatur, inde non sequitur, talem fieri participem alterius scelerum, aut errorum. Verum conjunctim spectandae sunt formulae istae: χαιρεν τινι λεγειν et λαμβανειν εις οικιαν. Et hoc quidem, λαμβανειν τινα εις οικιαν αυτου, est, praebere alicui hospitium, illis praesertim temporibus, quum nondum essent publica deversoria. Ergo μη λαμβανειν τινα εις οικιαν αυτου et χαιρεν αυτω μη λεγειν conjunctim erit e moribus illorum temporum: alicui hospitium domi suae non praebere. Id autem suadet adjecta cautionis causa: ne contrahant sibi levitatis et αδιαφοριας maculam, quasi sine omni delectu quemcunque recipiant. Ita ergo accommodate ad illa tempora exprimitur; nos potius diceremus: nicht jeder von der Art sey euch dem Augenblick willkommen. Proinde non opus erit, addere, haec verba non esse syllabatim urgenda, tamquam sint verba odium instillantia. Odium enim omnino abesse ab homine christiano debet et Joannes sine fine suadet mutui illius amoris exercitium.

V. 12. Multa quidem haberem, quae vobis scriberem; sed nolo ea charitatis credere. Spero potius quam primum ad



vos venire et coram vobiscum sermones conferre, ut gaudium vestrum plenum sit.

δια καρτου και μελανος „per epistolam, scripto.“ σομα προς σομα λαλειν plane ut nos dicimus sich mündlich unterreden. χαρα πεπληρωμενη est largum, cumulatium gaudium.

V. 13. „Jubent te salvare liberi sororis tuae carissimae, Vale!“

PRAELECTIONES EXEGETICAE

IN

TERTIAM JOANNIS EPISTOLAM.

---

V. 1. „**P**resbyter Cajo carissimo, quem vere et sincere amo.

V. 2. „Ante omnia opto, ut in omnibus rebus secunda fortuna et valitudine bona utaris, quemadmodum tuus animus optime se habet.

ἔυδοῦσθαι proprie significat iter facere prosperum; unde tropice prospero rerum suarum cursu, successu vii prospero. „Opto, te in omnibus secunda fortuna uti.“ καὶ ὡς ἔυδοῦσαι σου ἡ ψυχή „quemadmodum animus tuus prospera fortuna utitur.“ Sic non facile loquimur de animo; erit ergo, animum optime se habere. Quo id pertineat in Christiani epistola ad Christianum, non est difficile intellectu: floret animus scientia et virtute.

V. 3. Maximum enim percepi gaudium, quum ad me venirent Christiani mihiq̄e nuntiarent, e vita tua apparere, te genuinum esse Christianum.“

τη ἀληθεῖα „esse genuinum, esse talem, qualem esse decet.“ μαρτυροῦντες σου τη ἀληθεῖα testantes, genuinum te esse christianum.“ De phrasi μαρτυρεῖν τη ἀληθεῖα τινος, τη ἀγάπη τινος cf. Mori dissertat. Vol. II. pag. 267.

Sequitur jam explicatio: καθως ου εν αληθεια περιπατους  
 „scilicet te recte agere.“

v. 4. „Masorem hac nihil mihi afferre potest laetitia-  
 m, quam si audio, adductos a me ad religionem se ut ge-  
 nuinos Christi sectatores gerere.

τα ξμα τεκνα „discipulos meos, a me ad religionem  
 christianam adductos.

v. 5. „Cum audio narrari, Carissime, te Christia-  
 nis et extraneis beneficia exhibere, facis aliquid non ita pro-  
 jus incredibile.“

πιστον ποιεις „facis fide dignum“ h. e. aliquid facile  
 creditibile. Sie thun hiermit gar nichts unerwartetes für  
 mich; novi enim animum tuum, novi te περιπατουστας  
 εν αληθεια. ξενος sunt ii, qui domo migraverant et jam  
 alium in locum se contulerant cf. v. 7. ο ξαν εργαση εις  
 quidquid demum beneficii ipsis exhibes.“

v. 6. „Isti extranei homines perhibuerunt testimonium  
 de tua benignitate coram ecclesia; atque bene egeris, si di-  
 miseris eos viatico instructos, uti Deus postulat.“

ενωπιον εκκλησιας „coram coetu integro, in publico  
 hominum conventu.“ προπεμπειν τωα est proprium ver-  
 bum in hac re, den Abreisenden helfen, bonis voris eos  
 prosequi, viatico eos instruere, quod posterius inprimis  
 intelligi debet h. l. αζως του Θεου „uti Deus postulat,  
 convenienter doctrinae divinae.

v. 7. „Nimirum sejunxerunt se a Paganis propter  
 religionem veri Dei, omnibus bonis destituti, sine ullo  
 lucro.

Ἐξηλθον ἀπο τῶν ἔθνων haec verba cohaerent inter se, et verba illa: μηδεν λαμβανοντες commatibus sunt distinguenda. Exierunt igitur a Paganis, h. e. sejunxerunt se ab illis, a communiione et religione eorum disceserunt, desierunt esse idololatrae et ita migrarunt aliorsum, ne opus ipsis esset, porro cum Paganis vivere. ὕπερ του ὀνοματος αὐτου „propter religionem unius veri Dei.“ Ita saepe occurrit ὕπερ του ὀνοματος χριστου, δια του ὀνοματος χριστου, μηδεν λαμβανοντες „nihil accipientes, ohne daß sie etwas dafür erhielten, ohne alle Unterstützung und Mittel, omnibus destituti bonis, sine omni lucro, quod inde perciperint, imo adeo jacluram facientes.“

v. 8. „Debemus igitur tales excipere, ut ita alii allificentur ad Christianismum et confirmentur in religione.“

ἀπολαμβανειν est excipere, suscipere, beneficiis sublevare. ἵνα συνεργῶι γινωμεθα τη ἀληθειᾳ „ut ita adjuvemus veram religionem ejusque cursum et propagationem; ut alii allificentur ad Christianismum et confirmentur in susceperā religione, si nempe viderint, fame ipsis non esse perendum.“

v. 9. „Equidem scripsi ecclesiae; sed Deorephes, principatum affectans, nos non audit.“

ὁ φιλοπρωτευων. πρωτευων est primas tenere, primum locum, principatum tenere. Sic Christus Coloss. i. 18. πρωτευων dicitur ἐν πασι. Ergo φιλοπρωτευων erit affectare principatum. Hic igitur οὐκ ἐπιδεχεται ἡμας. Id de hospitio non erit intelligendum, tamquam denegaverit Joanni hospitium. Sermo enim non est de Joanne veniente, sed de scribente Joanne. Ergo erit:

non admisit epistolam meam, non probavit eam, sed repudiavit.

V. 10. Propterea quando ad vos venero, ob oculos eponam, quae agit. Inanibus enim istis nugis et maledictis molestus mihi est. Neque his contentus non ipse tantum agnoscere vult Christianos, qui illi commendantur ab aliis, sed et alios impedit, qui eos in coetum volunt recipere, atque ejicit e coetu.“

τα έργα, ἃ ποιεῖ. Haec facta sic describuntur: Φλυαρεῖν ἡμᾶς. Φλυαρεῖν est nugari, nugas fundere. Sed Φλυαρεῖν accusativo personae junctum, Φλυαρεῖν τινα est, nugis suis molestum alicui esse, obruere aliquem nugis. Jam quanam sunt illae nugae? λόγοι πονηροί male dicta; ergo „dictis suis nugatorius perquam mihi est molestus.“ ὅτι αὐτὸς ἐπιδέχεται „ipse non recipit in coetum suum“ vult enim πρῶτευεν, jubere in coetu; commendatos sibi aliunde rejicit.

V. 11. Noli, Carissime, malum imitari, sed potius bonum. Qui recte agit, cum Deo facit ejusque similis est; qui male, ne didicit quidem religionem.“

ὅτι ἐμοὶ τὸν Θεὸν cf. supra ad 1 Joann. III. 6. „ne initium quidem fecit Christianismi, ne didicit quidem religionem, nedum dici possit eam exercere et Dei similis esse.“

V. 22. „Demetrio omnes testimonium perhibent, imo res ipsa pro eo loquitur. Nos quoque ei testimonium perhibemus, quod nostis verum esse.“

καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τῆς ἀληθείας „vel ab ipsa re.“

v. 13. „*Multa quidem haberem, quae scribere possem;  
sed nolo chartae illa credere.*“

v. 14. „*Spero autem, me brevi vos esse visurum;  
cum coram sermones conferemus.*“

v. 15. *Vale! Jubent te salvere amici. Tu quoque  
amicos nominatim singulos jubeas quaeso salvere.*



EMENDANDA ET ADDENDA.

- Pag. 2. Lin. 4. ab initio legatur *saeculum* pro *saeculum*.  
 — 3. — 4. a fine l. *doctrinam* p. *doctrinam*.  
 — 4. — 12. a fine l. *ἐδεασαμεθα* pro *ἐδεασαμεθα*.  
 — - — 6. a fine l. *λογου* pro *λογου*.  
 — 5. — 7. a fine l. *και* pro *και*.  
 — - — 6. a fine l. *omissum est verbum κωνανια* ante  
*verba μετα του πατρος*.  
 — 6. — 10. ab init. addatur: cf. *Mori epitome pag. 232.*  
*edit. tert.*  
 — - — 13. ab init. legatur *και* pro *και*.  
 — - — 16. ab init. leg. *χαρα* pro *χαρα*.  
 — - — 7. a fin. l. *promissio* pro *promissio*.  
 — - — 6. a fine l. *ἦν* pro *ἦν*.  
 — 7. — 8. ab init. l. *sanctissimus* pro *sanctissimus*.  
 — - — 16. ab init. l. *αὐδεμια* pro *αὐδεμια*.  
 — - — 3. a fine l. *καθαριζα* pro *αἰμαριζα*.  
 — - — - a fine l. *αμαρτιας* pro *αμαρτιας*.  
 — 8. — 6. a fine l. *Joann.* pro *Jann*.  
 — - — *ultima*. l. *οὐκ* pro *οὐκ*.  
 — 9. — 15. ab init. l. *δικαιος* pro *δικαιος*.  
 — 10. — 12. a fine l. *αμαρτητε* pro *εμαρτητε*.  
 — 11. — 15. a fine l. *αδικων* pro *αδικων*.  
 — - — 6. a fine l. *imo* pro *immo*.  
 — 12. — 14. ab init. l. *χριστον* pro *χριστον*.  
 — 13. — 16. ab init. l. *θεω* pro *θεω*.  
 — 14. — 2. ab init. l. *universae* pro *unifae*.  
 — - — 7. ab init. l. *post verbum antiqua punctum sequi*  
*debet, non comma*.  
 — - — 12 a fine leg. cf. *Joann. XIII. 34. Nimirum quia*  
*Christus illo loco dixerat praeceptum novum,*  
*etiam inter Christianos hoc praeceptum κατ'*  
*ἔθος dicitur novum.*  
 Pag. 15. Lin. 6. ab init. legatur *αὐτω* pro *αὐτω*.  
 — - — 8. ab init. l. *ἐντολην* pro *ἐντολην*.  
 — 17. — 7. ab init. l. *απ'* pro *απ'*.  
 — - — 9. ab init. l. *ἄρχην* pro *ἄρχην*.  
 — - — 14. a fine l. *ex idololatriis* pro *idololatriis*.  
 — - — 4. a fine. l. *αμαρτιας* pro *αμαρτιας*.

- Pag. 18. Lin. 8. ab init. l. nescenda: pro nescenta.
- — — 4. a fine post verbum ponantur sequi debet comma, non punctum.
- 20. — 4. ab init. l. του pro τον.
- — — 11. a fine l. παραγεται pro παρανεται.
- — — — a fine l. עבר pro עבר.
- 21. — 17. a fine l. futurum pro futurum.
- — — 9. a fine l. edocti pro edocti.
- — — — a fine l. Jud. 17. 18. pro Jud. XVII. 18.
- — — 6. a fine l. 1 Timoth. pro 1 Timoth.
- 22. — 1. ab init. l. αντιχριστος pro αντιχριστος.
- 23. — 1. ab init. l. in praedictione pro praedictione.
- — — 18. a fine l. αντιχριστος pro εντιχριστος.
- — — — a fine l. αντιχριστου pro ατιχριστου.
- — — 5. post verbum intererant constituatur punctum.
- — — 3. legatur εις παντες pro απαντες.
- — — ult. leg. παντες pro παντες.
- — — leg. eorum pro verum.
- 24. — 7. ab init. post verba nesci sunt sequatur punctum.
- 25. — 2. ab init. l. και pro και.
- — — 3. 4. ab init. l. διδασκει pro διδασκει.
- — — 8. a fine l. οιδετε pro οδате.
- 28. — 13. a fine Post verbum αληθες constit. punctum.
- 29. — 13. a fine l. γεγεννηται pro γεγεννηται.
- 30. — 3. init. Post. verbum nescitis sequatur comma.
- — — 5. init. l. κληθωμεν pro κληθωμεν.
- — — 13. init. Post verbum hebraizans const. punctum.
- — — 16. init. Post δια τουτο comma.
- 32. — 8. ab init. legatur αγγιζεν pro αγγιζεν.
- — — 9. init. l. sanctitatis pro sanctitatis.
- — — 4. fin. αμαρτια pro ημαρτια.
- — — — fin. deletur η post αμαρτια et loco ejus ponatur punctum.
- 33. — 6. fin. l. vitique pro vitique.
- 34. — 5. init. l. αμαρτανει pro αμαρτανει.
- — — 9. init. l. venit pro venit.
- — — 10. init. post αμαρτανει deletur punctum.
- 35. — 1. legatur ενου pro ενου. Post ενου sequi debet comma.
- — — 13. fin. l. απ' pro απ'.
- — — ult. l. hand pro huaud.
- 36. — 11. init. l. Etenim pro Et enim.



- Pag. 36 Lin. 5. fin. l. γεννημένος pro γεννημενος.  
 — — — penult. l. 1 Petr. I, 23. pro 1 Petr. I, 23.  
 — 37. — 5. init. αμαρτανειν pro αμαρτανειν.  
 — — — 10. init. l. filii pro Filii.  
 — — — 11. init. l. definit pro definit.  
 — 38. — 6. init. l. διαβολου pro διαβολου.  
 — — — 11. fin. possessionem pro possessionem.  
 — — — ult. fin. l. μεταβεβηκαμεν p. μεταβεβηκαμεν.  
 — 39. — 12. init. l. homici- pro homici.  
 — — — antepenult. l. περιστασει pro περιστασει.  
 — 40. — 4. init. l. haber pro habent.  
 — — — 13. init. l. qui pro qui.  
 — 41. — 1. init. l. v. 20. pro q. 20.  
 — — — 2. init. l. imo pro immo.  
 — — — 4. ea ipse re pro ex ipsa re.  
 — — — 16. init. post 74 deleatur comma et ponatur  
 punctum.  
 — — — 18. init. leg. de conjunctione pro conjunctione. —  
 — — — 20. init. l. Rom. XI. 8. pro Rom. II. 8. —  
 — — — 10. fin. l. αυτου pro αυτον.  
 — — — antepen. l. foret h. l. pro foreth, l.  
 — 42. — 8. fin. l. Deus pro Deo.  
 — — — 7. fin. post noch sequatur comma.  
 — 43. — 10. init. legatur fiduciam pro fiduciam,  
 — — — 8. fin. l. πιστευεν pro πιστευαν.  
 — 44. — antepen. l. qui pro qui.  
 — 45. — 13. [init. l. πνευματικος pro πνευματικος.  
 — — — 15. init. l. qui pro qui.  
 — 46. — 11. init. Post illum ponatur punctum.  
 — — — 12. init. Post Messiam pon. comma, loco puncti.  
 — — — 13. init. leg. εν σαρκι pro ενσαρκι.  
 — — — ult. Post tantum loco puncti sequatur comma.  
 — 47. — 3. init. leg. ο εν υμιν pro ο εν υμιν.  
 — — — 9. fin. l. mundana pro mundana.  
 — — — — fin. l. κοσμος pro κοσμος.  
 — 48. — 10. init. l. πνευμα pro πνευμα.  
 — — — 11. init. l. πλανης pro πλανησαι.  
 — — — 14. fin. l. et est pro est et.  
 — 49. — 7. init. Post illa sequi debet colon, non punctum.  
 — 50. — 9. fin. leg. εστιν pro εστιν.  
 — 51. — penult. post est ponatur comma.  
 — 53. — 8. fin. leg. μειων εν τη αγαπη pro μειων εν τη  
 αγαπη.  
 — — — 6. fin. l. pag. 232. pro 332.

- Pag. 54. Lin. 13. fin. post verba *ab illo*, commatis loco, ponatur punctum. Item
- - — 11. fin. post verbum *imbuit*.
  - - — 6. fin. leg. Imo pro Immo.
  - 56. — 6. fin. post verba *erga istos* ponatur punctum.
  - 58. — prim. scribatur *ij* sine subscripto jota, loco *ij*.
  - 59. — 6. fin. leg. *κατ' ἐξοχην* pro *κατ' ἐροχην*.
  - 60. — 11. fin. post *baptifmum* ponatur comma.
  - 62. — 9. fin. post verbum orbem loco puncti debet esse comma.
  - - — antep. post *concessum* ponatur punctum.
  - 63. — 7. fin. post inusitatum deleatur punctum et constitutur comma. Item
  - 64. — 10. init. post potest comma sequi debet, non punctum.
  - - — 11. fin. leg. Nec obscura est pro Nec obscura.
  - 65. — 5. fin. post audiendum loco puncti comma sequi debet.
  - - — ult. legatur Joann. pro joann.
  - 65. — ult. l. divini pro divinii.
  - 68. — 3. init. l. *ἐν τῇ γῆ* pro *ἐν τῆν γῆ*.
  - 70. — 7. init. l. inventione pro iuventione.
  - 71. — 17. fin. l. Exstat pro Estat.
  - 72. — 13. init. Post dicitur et iis commata sequi debent, non puncta.
  - 74. — ult. init. legatur in pro n.
  - 78. — 13. init. l. fit pro fit.
  - - — ult. leg. pag. 81. pro 70.
  - 80. — 2. init. l. *ἵν* pro *ἴν*.





Je 4858

vd 18

ULB Halle


3

006 309 81X



m.c.





B.I.G.

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

MORI

IPS.

NES

LAS

IPHRASE

LEUPOLD.

2

